

De antitrinitariske Kollokvier i København i februar 1661

Af K. E. Jordt Jørgensen

Den 28. november 1660 ankom den 37-årige polske adelsmand og unitar-præst *Stanislaw Lubieniecki* [1] til København for hos kong Frederik III at søge asyl for sig og sin menighed. Efter godt hundrede års beståen havde unitarismen nået betydelig udbredelse og indflydelse i Polen, men samtidig havde modstanden mod den vokset sig stærk, ikke blot hos den romersk-katolske kirke men også blandt lutheranerne. Dette førte til, at sejmen i juli 1658 udstedte en forordning, der truede den »arianske sekt« med dødsstraf og dens beskyttere med anklage for højforræderi.

I de følgende to år kæmpede Lubieniecki for at få denne urimelige bestemmelse omstødt eller i det mindste mildnet. Herunder benyttede han sig af fredsforhandlingerne i Oliva, idet han søgte at få de svenske delegerede til at lempe en amnesti-paragraf til gunst for unitarerne ind i traktaten. Det mislykkedes, og der stod nu ingen anden udvej tilbage for de polske unitarer, hvis de ville bevare deres tro, end at emigrere, og i små flokke forlod de deres fædreland sydpå eller vestpå. En del af dem forsøgte under ledelse af Lubieniecki at finde et fristed i Norden.

Det var ikke tilfældigt, at Lubieniecki var blevet anfører for de forfulgte polske unitarer. Han tilhørte en ældgammel polsk adelsslægt, der havde udmærket sig både inden for videnskab og kunst. Hans far og farfar havde uden vederlag tjent som præster i unitarmenigheden og selv var han født og opvokset i unitarernes højborg Raków, hvor han ved det berømte »Akademi« havde modtaget sin første undervisning, som han derpå supplerede ved studieophold i vesteuropæiske universitetsbyer.

En ting den ellers både politisk og teologisk vel orienterede Lubieniecki ikke havde forudset, var den ubrydelige modstand, som den

[11] Om hans liv og virksomhed se: *Janusz Tazbir* Stanislaw Lubieniecki, przywódca Ariańskiej emigracji, Warszawa 1961. Og K. E. Jordt Jørgensen, Stanislaw Lubieniecki, Zum Weg des Unitarismus von Ost nach West im 17. Jahrh., Göttingen 1968.

lutherske ortodoksi skulle berede ham i de skandinaviske lande. Mindet om hans landsmand *Jan Laskis* skæbne kunne dog ellers have tjent ham som advarsel.

Godt hundrede år før, i vinteren 1553, havde den polske reformator Jan Laski [2] efter forgæves forsøg på at reformere kirken i sit hjemland, sammen med sin menighed søgt tilflugt hos kong Christian III i Danmark, men han måtte skyndsomst forlade landet igen. Den hindring der mødte ham var den danske kirkeordinans, som ikke tillod fremmed form for gudsdyrkelse. Nu var altså hundrede år forløbet, og Frederik III var ikke som Christian III overhovede for en kirke, der nylig havde gennemlevet en reformation. Frederik III var desuden både teologisk skolet og interesseret og deltog gerne i teologiske disputer, hvilke Christian III ikke tolererede. På den måde gik det til, at Lubieniecki fik lejlighed til at deltage i tre religionssamtaler i København, og de fik et sådant forløb, at han næsten måtte gøre sig forhåbning om en opholdstilladelse inden for kongerigets grænser, men det var et håb som brast. Én ting havde nemlig ikke forandret sig i de hundrede år: kirkeordinansen. Og dertil kom yderligere den ubøjelige og mægtige biskop *Svane*. Tre dage efter den sidste religionssamtale, den 26. februar 1661, havde Lubieniecki et møde med Svane og skriver herom [3]: »Hinc unum amplius addo, me hodie Reverendum hujus urbis Episcopum adfuisse et libere de meo negotio, quod illi jam innotuerat, egisse: sed effectu plane irritato. Isti homines bene & caute vivunt, quodammodo regnant, & fere regna & regum corda in potestate habent, egenos, miseros & exules non curant, imo repellunt...«

Et forsøg på at skaffe unitar-menigheden ophold i den nylig grundede fristad Frederiksstad i Vestslesvig strandede på generalsuperintendent *Johannes Reinboth's* modstand. Til sidst lykkedes det Lubieniecki at slå sig ned i Hamburg [4]. Men det lutherske præsteskab i denne by skulle snart belære ham om, at man heller ikke her tolererede afvigelser fra konkordieformlen, og den fredselkende, om end disputerelystne polak døde 1675 i Hamburg, syg, nedbrudt og i yderste fattigdom, ifølge traditionen forgivet af de lutherske præster, som ved

[2] Teologisk Tidsskrift. 5. række. VI. s. 81. ff. Oskar Bartel: Jan Łaski, Część I, Warszawa 1955.

[3] Uppsala Universitetsbibliotek, MS K 30, s. 93ab 94a.

[4] Det er her, i Hamburg, Lubieniecki fik skrevet størstedelen af sine tre hovedværker: *Theatrum Cometicum*, der udkom 1668, trykt i Amsterdam, *Historia Reformationis*, der blev udgivet posthumt af hans søn i 1685, og *Veritatis Primævæ Compendium*, der kun foreligger i MS.

en tjenestepiges hjælp havde kommet gift i hans mad. Det er dog ikke nødvendigt at forestille sig hans død på en så dramatisk måde, at man beskylder det hamburgske præsteskab for mord. Sygdomsbilledet – så vidt vi kender det – peger i retning af den dengang ikke så sjældent forekommende Secale-forgiftning.

Som et lyspunkt i emigrantens triste tilværelse kom opholdet i København, hvor den fordrevne polak fik mulighed for at redegøre for sin tro gennem tre samtaler med den østrigske gesandtskabspræst, jesuiterpateren *Hieronymus Mülmann*. Også gesandten selv, baron *de Goes*, og den danske hofpræst, magister *Bremer*, tog del deri, ligesom kong Frederik III nu og da greb ind i samtalen.

Et referat af disse samtaler gengives nedenfor efter et MS, som findes i Remonstrantbibliotekets samling i Rotterdam [5]. Manuskriptet, der er betegnet med nr. 527, omfatter hovedsagelig Polonica, breve, notater, afhandlinger og afskrifter. Referatet af samtalerne fylder siderne 819–840 og er foretaget på foranledning af Lubieniecki selv og godkendt af ham. Det er altså ikke nogen helt objektiv fremstilling af begivenheden, om end den bestræber sig for at være det. Her og der findes lakuner i teksten, hvor referenten eller afskriveren ikke har opfattet et ord eller en sætning. Banale skrive- og stavfejl er uden videre rettet i gengivelsen nedenfor, ligesom der for at lette læsningen er ændret i tegnsætning og linjeombrydning, og enkelte forkortelser er skrevet helt ud.

En konfrontation mellem luthersk ortodoksi, romersk katolicisme og unitarisme var selvsagt på forhånd dømt til fiasko, og man får da også indtryk af, at Svane var imod, at den skulle finde sted. Men kongen var interesseret og derfor blev det.

Kort efter begivenheden sendte Goes en indberetning til propagandakongregationen i Rom, hvorfra han fik at vide, at der sjældent kom noget godt ud af at disputere med anderledes troende [6].

Når nu parterne ikke kunne komme til forståelse med hinanden og man nærmest har indtryk af, at tilhørerne betragtede kollokvierne som en duel, der blev afholdt til deres fornøjelse – kan disse samtaler så siges at have haft nogen betydning?

En københavnsk præst (I. Brunsmand) kunne fortælle, at i 17. årh. var »socinianske skrifter« i omløb i byen og var højt i kurs.

At samtalerne for Lubieniecki selv kom som lyspunkter i emigran-

[5] Remonstrantbiblioteket har til huse i Bibliotheek der Gemeente Rotterdam.

[6] Vaticanet. Acta Congr. 1661 9. maj nr. 20.

tens mørke tilværelse viser den hyppige omtale man finder af dem i hans breve.

Bortset nemlig fra selve referatet findes seks forskellige skrivelser, hvori han kommer ind på begivenheden mere eller mindre udførligt. De fire første er fra breve, der blev skrevet umiddelbart efter samtalerne: henholdsvis 19., 23. og 26. februar og 22. marts. Af disse foreligger de to første i oversættelse fra polsk til tysk, mens de to sidste er på latin [7]. I den første fortæller Lubieniecki, at da han kom ind i det kongelige raritetskabinet »fandt ich daselbsten eine grössere raritet als ich vermeinete zu wissen, den Jesuiten Mülmann«. Han omtaler også magister *Lange* »Professor Poeseos«, der »kom magister Bremer til hjælp«. Den femte skrivelse er et brev til *Magnus Gardie*, 25. maj [8]. Og endelig få år før sin død, mindes han endnu en gang begivenheden i sit (andet) testamente, der er skrevet engang efter 1670 [9].

Han tillagde altså begivenheden stor betydning, og en umiddelbar følge blev affattelsen af de to mindre skrifter: VERITATIS PRIMÆVÆ PRODRAMUS og DECLARATIO DE SATISFACTIONE & MERITO CHRISTI DEQUE POLITIA ECCLESIASTICA [10], som han overrakte Frederik III, der havde ønsket en nærmere redegørelse for unitarernes tro og kirkeordning.

Titlen PRODRAMUS viser, at Lubieniecki allerede da havde i tankerne at forfatte et større skrift „den oprindelige sandhed“. Det skete også, men det blev hverken en katekisme eller dogmatik i almindelig forstand, men – utvivlsomt inspireret af de talrige diskussioner, han førte både i København og andetsteds – unitarisme i dialog med tidens andre konfessioner: romersk og græsk katolicisme, lutherdom og calvinisme. Heller ikke denne bog blev nogen sinde trykt, men foreligger i manuskript i Berlin [11].

[7] MS K 30 i Universitetsbiblioteket i Uppsala, s. 90 ab, 91 ab, 93 ab–94 a, 95 ab.

[8] Stockholm, Riksarkivet, Skrivelser til Magnus de la Gardie.

[9] MS i Amsterdams universitetsbibliotek, Ar 50^l. Han omtaler heri Frederik III som afdød (død 1670).

[10] Begge MSS i Det kongelige Bibliotek i København, Gl. kgl. Samling 134 fol. og 135 fol.

[11] Staatsbibliothek, Berlin. MS theol. lat. Quart. 225. VERITATIS PRIMÆVÆ COMPENDIUM etc.

BREVIS & FIDELIS RELATIO COLLOQUIORUM
 INT. REVE. & CLARISS. VIRUM D. HIERON.
 MULMANNUM SOC. JESU.
 THEOLOG. & PHILOSOPH.
 DOCTOREM, & GNOSUM STANIS. DE LUBIENIEC
 LUBIENIECIUM IN REGIA HAFNIENSI.
 A° 1661 d. 12. Febr.

Die 12 Febr. Magnificus D. Fridericus de VITINGHOF [1] S. M. R. Daniæ Archicamerarius invitavit G. Lubieniecium ad visendam Cameram Antiquitatum et Raritatum Regiam. In quam cum is venisset, a nominato Magn. Vitinghofio & Magn. Christop. PARBERGIO [2] Seren. Principis Regii CHRISTIANI Aulæ Præfecto, viris egregiis & humaniss. introductus.

Ibidem Celsiss. Ducem Brunsvicens. & Luneberg. JOH. FRIDERICUM [3] Seren. REGINÆ DANIÆ Fratrem (qui non ita pridem ad Papatum defecit) & Illustrissimos Joach. GERSTORFIUM [4] Equ. Aura., Regni Daniæ Primatem, & Petr. RETZIUM [5] Archicancellarium, viros eminentissimos et excellentissimos, et Revere. Virum Hier. MULMANNUM [6] Soc. Jesu Theol. (qui ibi cum aliis duobus sociis in comitatu Excellemi. D. Baronis de GOES [7] S. Cæs. Mtis consiliarii aulici & ad Seren. R. Mtem Daniæ Ablegati vivebat) offendit. Perlustrata Camera maiori antiquit. & raritat. instructissima, et tali ac tanto Rege digna, in interiorem cameram, ubi inter alia pretiosiora, numismata quoque aurea & argentea numero plurissima, quæ

[1] Frederik baron VITTINGHOF (kaldet Scheel) 1624–91. »Ældste kammerherre« ved det danske hof.

[2] Christoffer greve PARBERG 1632–71, hofmester og geheimeråd.

[3] JOHANN FRIEDRICH, hertug af Braunschweig-Lüneburg, 1625–79, indtrådte i den romersk-katolske kirke 1651.

[4] Joachim GERSDORFF 1611–61, rigshofmester og rigsdrost. Eques auratus, »gylden ridder« d.e. ridder af elefantordenen. Halvfætter til kong Frederik III, hvem han testamenterede sin store bogsamling. Lubieniecki omtaler i et brev 23. april 1661 (Universitetsbibl. i Uppsala, K 30, 99ab–100ab) hans begravelse: »Hæri adfui cum corpus ejus ab Illmis Dnis Senatoribus sarcophago imponeretur. Tota Aula, urbs, imo regnum dolet tanti Herois casum. Sed et ego, qui in eo maximum patronum amisi...«

[5] Peder REEDTZ 1614–74, kansler.

[6] Hieronymus MÜLMANN f. i Leipzig 1606, søn af en luthersk teolog. Indtrådte i Jesuiterordenen 1627. Død i København 1666.

[7] Johann Freiherr von GOES. Født i Brüssel 1611. Død 1696. Kejserlig gesandt i København 1657. Indtrådte i jesuiterordenen 1675. Kardinal 1685.

veneranda antiquitas, splendida forma & valor commendabant, assertantur.

Horum occasione, antiquitatis sive Patrum veterum iniecta mentio, commendante scripta illorum ut Regulam Fidei Jesuita, et Lubieniecio per modestiam tacente, D. Primas Regni, ut erat vir doctrina & pietate longe præstantissimus ac veritatis amantissimus, ex Lubieniecio quid de Patrum scriptis sentiret, quæsit. Hoc respondente Patrum scripta in quantum cum Scriptura S. ut canonica convenient, recipienda, in quantum ab ea recedant, omittenda esse. Jesuita excepit et Patr. auctoritatem tanquam Fidei Regulam proponere coepit.

Ita dispositis in circulum sedilibus ad thecam antiquis numismatibus resertam, consessum est.

Jesuitæ auctoritatem Patrum ad decidendas Fidei controversias & explicandos Scripturæ sensus urgenti, Lubieniecius thesim suam, scilicet Patrum scripta & dicta, non nisi in quantum cum manifesta Scriptura convenient, esse recipienda, opposuit & defendit his vocibus: Deum solum esse infallibilem, ideoque & Scripturam ab eo traditam infallibilem esse, omnia ad salutem necessaria ea contineri & quidem clare & expresse esse tradita, adeoque hæc sufficere credentibus præsertim simplicibus, nec esse in Patribus quærendam explicationem verborum Scripturæ clarissimorum quæ non possint aliter intelligi, nisi prout in se naturaliter sonant, præsertim cum ex explicatione eorum cum sensu naturali & perspicuitate verborum non convenient, & scripta eorum multis alioquin & gravibus erroribus sca-teant.

Tandem post multa in hanc rem ab utrinque dicta Jesuita [8] nihilominus Patrum explicationem ut infallibilem et necessariam urgenti Lubieniecius dixit: Immerito eum urgere, & quidem tanto conatu, Patrum explicationem cum [9] ubi sint adversi primævæ Christianorum Catholicorum (ita enim Lubie. se et suos vocare solebat) [820] sententiæ itidem sint & Jesuitæ, adeoque communi sententiæ adversi.

Ad hoc Jesuita exclamavit: Hoc vero nimis est sublime. Igitur ne eadem est vestra, quæ fuit et veterum Patrum sententia?

Respondit Lubieniecius, se id quod dixerit probare posse et velle, sed non sic sua verba intelligenda esse, quasi sit eadem sua & Patrum sententia, quin potius Patres non pauca docuisse, quæ omnes in universum Christiani reiiciant.

Mirantibus id cum Jesuita omnibus et in novam expectationem

[8] Sic! Læs: Jesuitæ.

[9] Lakune. Sandsynlig konjektur: præsertim.

erectis, tunc inter amicæ voluntatis significationem mutuam discessum est.

Quia vero Seren. Rex in vicina camera collocutores, cum tam prope adesse nescientes, exaudivit, inde factum est, ut invitatis ad secundum colloquium illis qui primo colloquio interfuerunt tum et Ablegato Cæsareo d. 15 Febr. in Bibliothecam S. R. Mttis omnes coegerit. Ubi omnibus in circulum considentibus & præmissa a stante Lubienecio ad S. R. M. oratiuncula, cuius summa erat, se licet talia colloquia in hoc suo Exilii statu subterfugiendi iustas habere posset causas, libenter tamen & merito, mandato Suæ Mttis parere & ad veritatis defensionem in nomine Iesu Christi Nazareni accedere, se vero extraneum & exulem protectioni & gratiæ Suæ Mttis subiicere. Et facto a Sua Mtte per Primatem Regni responso gratioso & invitato ad sedendum Lubienecio, ad rem ventum est.

Jesuita repetiit thesin Lubien. nuperam: Patres ubi sint sententiæ eius, ibidem sint & communi & vulgari sententiæ adversi, quam Lubienecius ut suam agnovit & probare voluit. Jesuita tamen prius proposuit nonnulla præcipue quid Lubienecius credat de SS. Trinitate aliisque Fidei articulis.

Lubienecius respondit, se simplicibus Christianis solum Fidei SYMBOLUM APOSTOLICUM retinentibus adhærere & horum causam agere velle. Ita fidei suæ confessionem brevem ex Symbolo Apostolico proposuit.

Jesuita cum eum reiicere vel quicquam in ea carpere non posset, ad quæstiones conversus: An Lubienecius & fratres eius in SS. Trinitatem credant, quæsivit?

Lubien. reposuit, se credere & confiteri in Symbolo Patrem, Filium & Spiritum S.

Jesuita hoc responso non contentus generali, rogavit: An crederet Patrem, Filium & S. San. esse unum eundemque Deum?

Lubien. r., Symbolum non proponere talem fidem, sed tamen in unum Deum Patrem Creatorem et in Filium eius unigenitum, Jesum Christum & in Spiritum San., se vero cum suis fratribus soli Symbolo adhærere.

Jesuita in quæstionibus pergens amplius quæsivit, an crederet Patrem, Filium et Spi. S. esse tres personas in una numero essentia?

Lubie. iterum respondit, de tali Fide nihil haberi in Symbolo Apostolico, se autem cum suis Fratribus illo solo contentos in rebus Fidei esse.

Jesuita videns Lubien. manere in qualibus quæ omnes Christiani

admittunt, nolle autem descendere ad specialia quæ Christianos committant, dixit: Omnia quidem quæ Lubieniecicus dixerit vera esse, sed requirere Suam Matrem ut edatur specialior Fidei Confessio.

Lubie. respondit, se jam & specialiozem Fidei suæ Confessionem edidisse, nisi quidem hæc ita sit Catholica, ut ab omnibus Christianis admittatur, adeoque se dum simplicium causam agat, plura in hanc rem dicere non posse.

Jesuita adhuc semel tentavit Lubienecium rogando an velit dictæ confessioni aliquod amplius addere?

Lubieniecicus respondit: Se acquiescere primævæ Apostolicæ simplicitati.

Jesuita: Hæc omnia quidem [821] vera esse, sed non sufficiunt.

Lubieniecicus: Sufficiunt simplicibus & Verbo Dei contentis sed ego video quid R. Vestra intendat, vult ampliari meam Confessionem pro lubitu.

Jesuita: Volumus plenam vestram de Fide Sententiam intelligere.

Lubien.: Plenam exposui, sed non teneor eam ad mentem Rev. Vestræ formare, et quæ illi placent addere. Si Re. V. velit mihi nunc aptare vestem talarem, dicerem me eam non desiderare, nec ea opus habere. Quod si R. V. huic vesti, quæ mihi & ad arcendum frigus & ad honestum ornatum sufficit assuere caudas [10] aliquas velit, non ero tam stultus ut eas patiar & non potius eas rescindam.

Placuit hoc simile Sere. Regi ut et tunc videre licuit, et postea cognitum est.

Jesuita cum ulterius Lubien. quæstionibus inducere non posset, theos probationem postulavit.

Lubien. his rationibus eam probavit:

1. Quia Veteres Patres fundamentum iecerunt **ARIANISMI**.
2. Quia invexerunt **DYTHEISMUM** sive Duos Deos.
3. Quia **VERBUM** sive **FILIUM** cum **SPIRITU S.** confuderunt.

Primum partim allegatis, partim recitatis testimoniis Justini, Tatiani, Theophili Antiocheni, Irenæi & aliorum [11] testimoniis eorundem ut et Tertulliani, Cypriani, Victoriani, Lactantii &c. &c.

Videns D. Ablegatus Cæsar. Lubienecium ita facilem et expeditum ad sua probanda accessisse, conversus ad Sren. Regem dixit: Nego-

[10] Cauda, der egl. betyder hale, er den tekniske betegnelse på det slæb, der kendetegner kardinalers, biskoppers og prælaters »cappa magna«.

[11] Lakune. Sandsynlig konjunktur, probatur &

tium hoc tam facile & uno ictu terminari non posse, quandoquidem sint Patrum dicta recitata et allegata una cum antecedentibus et consequentibus exponenda ut ex toto contextu de genuino Patrum sensu iudicium fiat.

Lubienecius dixit se licet bona fide Patrum dicta et recitavit & allegavit, non renuere tamen, quo minus ipsi libri inspiciantur et contextus consideretur. Sed ad Ser. Reg. conversus, uti paratus sum, inquit, Ser. Rex, ad subeundam hanc conditionem. Ita si S. R. Mtas Vestra velit temporis & laboris facere compendium, peto mihi dari PETTAVIUM [12] et quidem Soc. Iesu Theologum celeberrimum, ex hoc thesin meam probabo.

Hic Jesuita se prorupit, & inter libros ordine dispositos Petavii librum quæsit & invenit quidem, sed librum De Doctrina Temporum [13] non vero De Trinitate, quem Lubienecius intendebat. Ita tum hæc res in suspenso relicta est. Dehinc ad obiectiones ex Scrip. S. a Patribus explicata descensum est. Agmen duxit locus Math. 28: »Baptisantes eos in nomen Patris, & Filii & Sp. S.« Ex hoc Jesuita trium personarum unam numero essentiam probare voluit.

Lubien.: Hæc verba, dixit, secundum Regulam veritatis & Scripturæ manifestæ sensum non aliter explicari debere & posse, quam quod baptizandi de Fide instructi debeant initiari, in nomen Patris unius Dei, et Filii eius unigeniti Jesu Christi D. N. qui conceptus est ex Spi. S. natus ex Maria Virg., et Spiritus Dei Sancti, quem Christus in coelum profectus sui loco apostolis credentes baptizaturis, ut Doctorem & Magistrum omnis veritatis [14]. Dixit et Sententiam illam de tribus in una numero essentia personis ipsi quoque antiquitati primæ, & apostolis proximæ, ignotam esse.

Hic Jesuita urgente autori[ta]tem Ignatii, Justini, Irenæi, Tertuliani [822] &c et consensu eorum præcipue in explicatione illorum verborum in nomine Pat. Fil. & Sp. S. dogma hoc probare volente.

Lubienecius singulari artificio usus, sic Jesuitam affatus est: Hilarior fuit celeberrimus (sic!) in Gallia Episcopus. Is IV. seculo contra

[12] Sic! Dionysius PETAVIUS (Denis Petau) født 1583 i Orleans, død 1652 i Paris. Indtrådte i Jesuiterordenen 1605. Blandt hans mange skrifter må især fremhæves det omfangsrige »De theologicis dogmatibus« i fem bind, der især har betydning for patristik og dogmehistorie. Det udkom i Paris 1644–50. Andet bind omhandler Trinitetslæren.

[13] OPUS DE DOCTRINA TEMPORUM. 2 partes. Lutetiæ Parisiorum 1627.

[14] Et verbum mangler. Dedit?

Arianos lib. XII de Trinitate scripsit, & malleus Arianorum dici meruit. Quid putat Rev. Vestra: Explicatne is verba »In nomine Patris, Fi. & Sp. S.« secundum nostram an secundum vestram sententiam?

Jesuita spei plenus & confidens non dubitare se, quin secundum suam sententiam hæc verba explicet, respondit.

Tum Lubienie. ad Ser. Regem conversus: Humillime, inquit, peto ut S. R. M. V. sit hac in causa judex. Verba Hilarii [15] lib. 2 de Trin. sic se habent: »Baptizare iussit in Nom. Patris, Filii & S. S. id est in confessione auctoris & unigeniti & Doni. Autor unus est omnium. Unus n. [16] est ingenus Deus Pater, ex quo omnia [17]. Et unus Spiritus, donum in omnibus. Omnia ergo sunt suis virtutibus ac meritis ordinata: Una potestas *invisibilis*, innascibilis ex quo omnia, una progenies per quem omnia. Perfectæ Spei munus unum. Nec d [18] quicquam consummationi tantæ reperietur, intra quam sit in Patre & Filio & Spiritu S. infinitas in æterno, species in imagine usque [19] in munere [20].«

Ad hæc Jesuita nihil respondit nisi quod dixerit: Nonne secundum nostram [21] libros hos de Trinitate concludit, ubi & locum illum Math. 28 explicat?

Hic iterum Lubien.: Etiamsi libros istos secundum nostram sententiam finit, Sic enim verba sonant: »Conserva, oro, hanc Fidei meæ incontaminatam Religionem, & usque ad excessum Spiritus mei, dona mihi hanc conscientiæ meæ vocem, ut quid in regenerationis meæ symbolo baptizatus in Patre, Filio & Spu S. professus sum, semper obtineam: Patrem scil. te nostrum, & Filium tuum una tecum adorem, et Spum. San. tuum qui ex te per unigenitum tuum est, promerear [22].«

Postquam hæc recitasset Lubienecius, tum D. Ablegatus Cæs. & D. Regni Primas verba hæc repeti petierunt, quod a Lubien. postquam factum esset, Jesuita: Satis clare Patres de et pro SS. Trinitate locutos esse et scripsisse, dixit.

[15] PATROLOGIA LATINA, ed. Migne, Paris 1844, tom. X, col. 50 f. (Hilarius, Liber de Trinitate II.).

[16] enim.

[17] Her mangler en sætning fra citatet hos Hilarius: »et unus Unigenitus Dominus noster Jesus Christus, per quem omnia«.

[18] deesse.

[19] Hos Hilarius står: »usus«.

[20] PATROLOGIA LATINA X, col. 50.

[21] tilføj: sententiam.

[22] PATROLOGIA LATINA X, col. 471. (Hilarius, lib. XII de Trinitate, cap. LVII).

Tum Lubien. demonstravit, hanc non fuisse veterum & Apostolicæ ætati proximorum Patrum sententiam, imo nec omnium, qui ante Nicænam Synodum vixerunt. Nullum enim istorum & Nicænorum Patrum, vel Filium unum eundemque numero cum Patre Deum, vel ante omnia Secula ex essentia Patris genitum, vel Spum. S. Deum esse, docuisse, sed verba illa »ante omnia Secula« ut et illa de Spiritu Sancto addita esse in Concilio Constantinopolitano.

Multum hic se Jesuita torsit, ut posset dogmata sua autoritate Veterum tueri. Quicquid in hanc asserebat, illud totum huc spectabat ut diceret: Veteres quidem hanc fidem de Filio & Spu. S. habuisse, sed non explicuisse, quod tum adhuc nemo hæreticorum esset, qui eam reiiceret.

Lubien. écontra urgebat: Veteres si fidem illam habuissent, certo certius eam proposituros fuisse, licet enim Hæreticorum causa facere id non debuissent, suæ tamen sententiæ exponendæ & illustrandæ, ac simpliciorum informandorum gratia id facturos fuisse. Cum autem neutrum horum fecerint, inde constare, talem fidem illis incognitam fuisse.

[823] Multum hæc res facessivit Jesuitæ probare volenti dogma de Sa. Trinitate veteribus ab initio cognitum & pro data ab hæreticis occasione explicatum & illustratum fuisse ut in Concilio Nicæno contra Arianos, in Constantinopolitano contra Macedonianos &c.

Sed Lubieniecus ursit, non eandem de Filio & Spu. S. fidem quæ sit hodie communis Veterum sive antenicænorum Patrum fuisse, adeoque nec auctoris Lib. de Trin. sed nec ipsius Hilarii qui 4to seculo scribens, tot de Trinit. libros, Spiritum Sanctum nusquam Deum, semper autem Donum & Munus vocet, nunquam invocandum vel adorandum, semper autem promerendum dicat.

Hinc de Filio habita quæstio est, An sit Deus? Responsum a Lubienecio quod sit Deus. Quæsitum amplius, An sit verus Deus? Responsum a Lubienecio esse verum non falsum, non imaginarium, non tamen unum eundemque numero cum Patre Deum.

Allatus et obiectus est locus Rom. 9,5: »Qui est Deus super omnia secula benedictus«, quem Lubieniecus explicavit per illum locum Hebr. 1 v. 9: »Tronus tuus, o Deus, in seculum seculi, unxit te &c.«

Jesuita quæsit, an habeant Deum factum?

Lubien. respondit: S. Petrus expresse Act. 2 v. 36 [23] dicit: »Fecit eum Deum.« Et Act. 10.42: »Constituit eum iudicem, id est Deum.« Inde toties Pater Deus Deorum, Deus Christi, Caput Christi in Scrip.

[23] Ms gentager her: expresse.

vocatur. Sed et Veteres sic loqui solebant, Filium esse factum a Patre Deum. Inde et Maldonatus vester candide ait: »Et loquor enim Veterum Theologorum more Deum fecit«, *Commen. in Mathæ.* 12 [24].

Jesuita amplius quæsit, an habeant duos Deos? alterum majorem, alterum minorem, alterum non factum, alterum factum?

Lubien. respondet: Nequaquam, sed ex institutione Apostolica: »Nobis unus est Deus Pater ex quo omnia & nos in ipsum. Et unus Dominus noster Jesus Christus per quem omnia & nos per ipsum.« 1 Cor. 8, 6.

Jesuita: Qualis est Deus, qui factus est?

Lubien: Non mea sed ipsius Scripturæ, adeoque totius Antiquitatis hæc est sententia.

Jesuita: Scimus quis sit ordo inter Personas Divinitatis cœqualis veruntamen Filius est Deus, Deus super omnia secula benedictus.

Lubienie.: Deus, sed qui Deum Patrem habeat & agnoscat, »unxit te o Deus, Deus tuus,« Nempe Pater omnem potestatem & Divinitatem communicavit Filio.

D. Ablegatus ad S. R. M. conversus: Ergo & nos Dii sumus? inquit.

Tum Lubien.: Omnino omnes reges, principes, judices, Dii vocantur et sunt, & certe non falsi, non imaginarii Dii, sed in suo ordine veri, ob communicatam a Deo altissimo potestatem, qui se Deum Deorum vocare, respectu eorum non erubescit. Imo ipse dixit: »Ego dixi vos Dii estis [25].« Hoc exemplo ipse Christus Joanni utitur eo, ut suam Divinitatem a Patre collatam probet.

Hic Ser. Rex locum illum Joan. 1, 1 opposuit. Hunc Lubienie. de nova creatione peracta per Filium Dei, qui ante Mariam nec Jesus nec Christus dici posset intelligenda esse probavit. Hinc ad Spir. S. itum est. Ser. R. Mtas iterum opposuit locum Act. 5: »Non es mentitus hominibus, sed Deo.«

Nunc exposuit Lubie., dici propter subordinationem & cum Deo conjunctionem per Spiritum et attulit locum parallelum [26], »qui hæc rejicit non hominem rejicit, sed Deum, qui etiam dedit &c« 1 Tess. 4.

Post hæc D. Ablegatus disputantis partes in se traduxit, juvare vo-

[24] Joannes MALDONATUS S. J.: *Commentarii in quatuor Evangelistas*, Lugduni 1601. – Til Mt. 12,18: »Ecce puer meus, quem elegi« hedder det col. 263: »quem elegi« ut hominem. Nam inter omnes homines illum assumpsit (loquor enim veterum Theologorum more) & Deum fecit, Psal. 44.3.8.«

[25] Joh. 10,34.

[26] MS har her: paralellum.

lens Jesuitam pro egregia qua posset [824] eruditione, et in Scripturis & in Antiquitate. Exordium a quæstione sumpsit: Quæ est causa quod cum Illrssus D. Primas Reg. [27] vir tam vastæ eruditionis, & assiduus in lectione Scripturæ, & sanctis præditus virtutibus, non possit mecum de Fide convenire, qui etiam ut aliorum librorum, ita et Scripturæ S. lectione delector? quamvis toties amice & placide inter nos contulerimus.

Lubien. respondit: Nulla est ratio conciliandis & jungendis Christianis accomodation, quam ut primæva veritas Symbolo Apostolico contenta reducatur, eique soli uti Catholicæ Fidei omnes acquiescant. Talis autem nulla est alia, quam hæc, quam nos profitemur.

D. Ablegatus: Hoc vero libenter vellem mihi demonstrari.

Lubien.: Ponam inter me et M. Vram bilanci. Ego meæ lanci Theses Fidei Catholicæ ipsius Scripturæ, & Symboli verba imponam, Exc. Vestra idem facere velit si possit. Sed hoc fieri nequit, quia Scriptura sibi ipsi repugnaret.

D. Ablegatus: Faciat Generositas Vestra experimentum.

Lubien.: Primam Thesim lanci meæ impono: »Deus est unus.«

D. Ablegatus: Ego quoque hanc ipsam Thesim lanci meæ impono.

Lubien.: Si Ex. Vra velit integram Thesim proferre in medium, debet eam ita formare: »Deus est Triunus, vel Trinus & Unus, sive Unus essentia, Trinus personis.«

D. Ablegatus: Non est opus, contentus sum illa ipsa Thesi. Pergat Gtas Vra.

Lubien.: Videt jam S. R. Mtas V. primum articulum fundamentalem extra omnem controversiam esse positum. Secundam Thesim fero & lanci meæ impono: »UNUS est Deus Pater.«

D. Ablegatus: Ego quoque hanc ipsam Thesim meæ lanci impono.

Lubien.: Sed Ex. Vra non omnia sua imponit appendenda.

Do. Abl.: Tanto igitur mea lanx [28] levior erit.

Lubien.: Certe non æquat meæ lancis pondus. Sed Excl. Vra non vult totam sententiam suam adferre, ne constare possit, quantum a Scriptura distet. Deberet enim sic formari: »Unus est Deus Pater, Filius & Sp. S.«

D. Ableg.: Non opus est. Illud ipsum meæ lanci appendo, quod G. Vra attulit.

Lubien.: Mihi sufficit quod demonstrem Fidem meam esse Catho-

[27] d.e. Gersdorff.

[28] Ms har: lans.

licam. Videt S. R. M. alterum Fidei Articulum fundamentalem esse extra controversiam. Ego tertiam Thesin lanci meæ appendo: »UNUS EST DEUS PATER OMNIPOTENS CREATOR COELI ET TERRÆ«.

Dominus Ablegatus: Et hanc thesin lanci meæ appono.

Lubienie: Bene est, sed si Ex. Vra velit integram suam Thesin appendere debet dicere: »Unus est Deus Pater, Filius & Spus S., Creatores Coeli & Terræ«. Itaque pergo & Thesin 4tam depromo: »UNIUS ISTIUS DEI PATRIS CREATORIS COELI & TERRÆ FILIUS UNIGENITUS EST JESUS CHRISTUS D. N.«

Dominus Ablegatus: Hanc etiam Thesin in meam lancem recipio.

Lubien.: Gratulor mihi multum, quia vulgaris sententia fert Filium esse illum unum Deum verum Creatorem Coeli & Terræ. Itaque pergo ad quintam Thesin: »FILIUS DEI UNIGENITUS JESUS CHR. D. N. QUI CONCEPTUS EST EX SP. S. EX MARIA VIRGINE NATUS«.

[825] Dns. Ablegatus: Et hanc Thesin recipio meæque lanci appendo. Quid tum postea? Quare tamen convenire non possumus? Ob privatam scilicet interpretandi licentiam?

Lubie.: Videt & agnovit Ex. V. nos convenire quamdiu Ex. V. adhæreat veritati CATHOLICÆ, sed postquam ab ea recedit, eique additamenta humana admiscet, tum se Ex. V. a me separat, atque hæc est non ulla privati sensus licentia, dissensus utriusque nostrorum & omnium Christianorum etiam.

Post hæc Dominus Ablegatus coepit Patrum, utpote Virorum Sanctitate vitæ & doctrina ac mysteriorum Dei notitia præstantium, explicationem, sumpto a civilibus & forensibus consultationibus vel disputationibus exemplo, commendare.

Lubien.: Autem se eos recipere [29] velle libenter, ubi cum aperta Scripturæ Regula concordent, dixit, & unum quemquemque posse imo & debere in rebus fidei Scripturas scrutari & probare cuncta ex institutione Apostolica, asseruit.

D. Ableg.: In argumentum Catholicæ Veritatis attulit, et Ecclesiæ consensum Catholicum & tot nationum & populorum concordiam.

Lubie.: Externa non sunt argumentum veritatis, erroris potius, et multitudo errantium non parit errori patrocinium. Et Seneca: Nunquam ita bene cum rebus humanis actum est, ut meliora pluribus placeant, argumentum itaque pessimi, turba est [30]. Cæterum ego

[29] Ms. har: recipe.

[30] De Vita beata II, 1.

nunc vel per ipsam existimationis rationem, non possem Ecclesiæ Romanæ me adungere. Quærenti Dno Ablegato causam, respondit satis fortiter: Quia hæc est Ecclesia quæ omnes alias persequitur quam gravissime, & me quoque ac tot meos Fratres nobilitate generis conspicuos, possessionibus, fortunis, libertatibus & juribus avitis exuit ac Patriæ eiecit.

Dominus Ablegatus: Hæc non sunt huius loci & temporis, ego tamen condoleo sorti Gno. Vræ.

Ita tandem pertracto per 4 circiter horas usque ad horam fere 2dam pomeridianam colloquio Seren. Rex surrexit, postquam ante Dno. Ablegato sibi assidenti dixisset (ut ex responsione a nobis audita [31] apparet) ut Jesuitam iuaret, et responsum tulisset: »Ich hab ihm geholfen so viel als mier möglich war.«

Die 22. febr.: Tertia vice iidem collocutores & arbitri jussu S. R. Mttis convenerunt, quamquam & ad tanti congressus famam longe plures arbitri & auditores convenerunt, Aderant et Illrissi. regni senatores Hannibal SEESTED Archithesaurarius [32], Nicol. TROLLE Norvegiæ prorex [33], Ottho KRUG [34] et non pauci Aulæ familiares, D. Ericus KRUG [35] Secret. Maior, D. BILLICHIUS [36] Archiater & Consiliar. S. R. M., Magr. BREHMERUS [37] Concionator Aulicus & cæteri. Lubienecius præmonitus ut Thesin suam in Scripto prolata exhiberet, sic eam conscripsit:

THESIS CHRISTIANI CATHOLICI. Quamvis multa Patrum scripta sint supposititia, quædam etiam depravata & omnia fere gravibus erroribus (etiam hæreticis) scateant, Nos tamen libenter admitimus ea ubi scilicet Scri S. adhærent, ubi vero ab ea recedunt merito ea relinquimus præsertim cum ubi illi sententiæ primitivæ & Catholicæ de Filio Dei, & Spu. S. & c. adversantur ibi etiam ad[826]versariis nostris adversantur.

CONFIRMATIO THESEOS: Multa Patrum esse supposititia, quædam etiam depravata, agnoscunt & testantur Belarminus de

[31] Ms. har: auditæ.

[32] HANNIBAL SEHESTED 1609–66. Rigsskatmester.

[33] NIELS TROLLE 1599–1667. Statholder i Norge.

[34] OTTE KRAG 1611–66. Rigsråd.

[35] ERIK KRAG. 1620–72. Oversekretær i Det danske Kancelli.

[36] PETER BÛLCHE (Petrus Bullichius) 1605–71. Livlæge hos Fred. III. Kammerråd.

[37] JOHANNES BREMER 1616–70. Tysk hofprædikant og kongens skriftefader fra 1648.

Script. Ecclesiast. [38], Possevinus in Appar. Sacr. [39] alique Script. Pontif. tum Evanielici magno consensu Gerhar., Calovius, Rivetus [40], Dailæus [41] et alii. Iidem testantur Scripta veterum omnia fere gravibus erroribus etiam Hæreticis scaterere. Ita enim chiliasmus in Pappia, Iustino, Irenæo, Tertuliano, Victorino, Lactantio, aliisque, Monitanismus in Tertuliano, Dionis. Alexandrino, aliisque Africanis episcopis, alique longe plures errores ut anabaptismus in Cypriano, Firmiliano, Dion. Alexand. [42] in aliis notantur. Ubi porro veteres sententiæ Catholicæ de Filio D. et de Spu. S. adversentur, ibi eosdem & adversariis nostris adversari probo.

1. Quia fundamentum posuerunt ARIANISMI.
2. Quia invexerunt DYTHEISMUM.
3. quia Spi. Sanctum cum VERBO scil. FILIO confuderunt.

Quoad permittitur, id probatum est testimoniis eorum ex scriptis. Nam Justinus Dial. cum Tryphone docet: »Principio Deum ante rerum creationem genuisse virtutem quandam ex se rationalem sibi similemque quæ & Filius eius et Angelus dicatur, et genitum esse cum Consilio Patris, qui sit eius Dominus & Deus et causa sit illi, ut sit potens & Dominus & Deus &c [43].« Ideo PETAVIUS lib. 1 de Trin. Cap. 3 [44] de IUSTINO scribit quod »minorem Patre Filium posuerit,

[38] Roberto Card. BELLARMINO: De scriptoribus Ecclesiasticis liber unus cum adiunctis indicibus undecim, & brevi Chronologia ab orbe condita usque ad annum MDCXII. Coloniz Agrippinæ 1613.

[39] Antonius POSSEVINUS S. J.: Apparatus Sacri ad Scriptores veteris et novi Testamenti. Eorum Interpretes . . . etc. Coloniz Agrippinæ 1608.

[40] Om Joh. Gerhard, Calovius og Rivetus se senere.

[41] Johannes DALLÆUS (Jean Dailé): De usu Patrum ad ea definienda religionis capita, quæ sunt hodie controversa, Libri duo. Geneve 1655. Kapitel V, pag. 120, bærer overskriften: »Ratio V. Non facile esse Patrum scripta intelligere, tum propter linguas & idiotismos quibus utuntur, tum propter rerum explicandarum variis Rhetoricæ & Dialecticæ artificii obscuratam & impeditam rationem, tum quod plerasque voces alio quam qui nunc in usu est, sensu usurpent.

[42] Indføj: &.

[43] Hos Migne, PATROLOGIA GRÆCA VI, col. 614 (udg. 1857), lyder citatet: »Alio etiam vobis ex Scripturis testimonio, amici, demonstrabo Deum ante omnes res creatas, initium genuisse ex seipso virtutem quandam rationalem, quæ et gloria Domini a Spiritu sancto vocatur, ac nunc Filius, nunc Sapientia, nunc Angelus, nunc Dominus et Verbum.«

[44] § II.

non solum quatenus Hominem se fecerit, sed etiam Divinitate, et antequam Humana se Carne vestiret. [45] ex Judæis Arianos

expressisse Gregor. NYSSENUS quæritur Deum Patrem constituit Supremum Conditozem, ac Dei inferioris opificem & subjecti.« Ita et in Animadv. in Epiphanium Hæret. 69. Arianorum, et in eodem Justino Arianismum notat.

TATIANUS insistens vestigiis Magistri [46] Orat. cont. Gentes scribit: »Deus erat in Principio. Principium autem verbi potentiam accepimus esse. Quippe Dominus Mundi cum ipse sit universorum substantia, nondum condito mundo, solus erat, si vero respicias potentiam eius, in qua visibilia & invisibilia cuncta consistent, omnia cum ipso erant. In ipso enim per potentiam Verbi, tum ipse tum Verbum quod in eo erat, existit. Cum autem voluit ipse, verbum eius ex simplicitate prosiliit, et verbum non inaniter prolatum PRIMOGENITUM opus fit ipsius SPIRITUS. Hoc scimus esse Principium Mundi. Natum est autem per divisionem non avulsionem [47].«

Juvat hic iterum subicere iudicium PETAVII [48] de hoc scriptore. »Videtur«, inquit, »Tatianus existimasse verbum a Patre productum ex æterno non actu, & in seipso, sed tantummodo in λογικῇ δυνάμει ac potestatem [49] fuisse, quemadmodum in eadem erant & creata deinceps omnia. Porro quatenus in illa δυνάμει continebantur tam Verbum, quam quæ a Verbo deinde procreata sunt, cum summo ac Principe DEO simul extitisse. Non igitur συναϊδιόν coæternum PATRI putavit Filium ac Verbum sed creatum ac voluntate sui [50] tamquam ab Opifice productum. Unde ἔργον appellatur,« hæc PETAVIUS. Et certe de Verbo diserte ait: »Verbum in principio genitum mundum & nos vicissim [51], cum sibimet materiam produxisset.« [827] Et mox de eodem: »Haud enim Principii immunis est materia, et cum aliquando incoeperit, parem Deo potentiam habere nequit.«

THEOPHILUS EPISCOPUS ANTIOCHENUS ca. 2 ad Auto-

[45] Lakune. Konjektur (ud fra ovennævnte citat hos Petavius): Prorsus enim quod.

[46] d.e. Justin.

[47] PATROLOGIA GRÆCA VI, col. 814 (udg. 1857). Cf. Petavius, De Trin. I, c. III, § 5.

[48] ibid.

[49] Hos Petavius læses: potestate.

[50] Hos Petavius læses: sic.

[51] indføj: genuit. PATROLOGIA GRÆCA VI, col. 818.

licum: »Habens Deus Sermonem suum in visceribus suis, genuit eum cum produceret eum Sapientia sua ante hæc universa. Hoc SERMONE ([52] errorum fontem, turbidam inquam verbi sive sermonis de quo Joh. 1 cum sermone vel potius verbo de quo Genes. 1 confusionem) usus est in mundi creatione, et omnia quæ condidit per ipsum fecit. Hic Principium dicitur quia omnium est principium [53].« Et infra: »Cum iam condere, quæ deliberaverat, constituisset, hunc Sermonem genuit prolatum Primogenitum omnis creaturæ.« Ideo GERHARDUS in Patrolog. [54] aperte dicit, hunc Theophilum »propendere in partes Arianorum.« Idem judicium CALOVIVS de eo fert, Trac. de Fide Auten, th. 14 [55]. Et pessime simplicitatem Fidei ex eo peti asserit Armin. sect. 2.c.3.th.19. PETAVIUS quoque de eo aperte ait, quod »λόγον neque coëternum, neque ὁμόῦσιον, sed minorem putavit velut ὑπουργόν & ministrum [56].« Hoc sibi credo volunt illa MICRÆLIANA [57], libros Theophili non nisi »cum iudicio legendos, cum periculosi modi loquendi in iis reprehendantur.«

IRENÆUS EPISCOPUS LUGDU. non parum Ariano errori contribuit. Docet enim Patrem esse solum Deum, solum conditorem ut solus pater est, solum omnia continentem, omnibusque ut sint efficientem [58]. Filium (quem similiter putat esse Verbum, illud mandatum quo Deus omnia creavit probans id ex Psal. 33) præcipiente Patre omnia condidisse, Deoque instar manus, aut instrumenti fuisse. In Prolog. Lib. 4 [59] & alibi vel instar ministri creationis, distinctum ab uno illo & solo Deo Lib. 5 cap. 2 &c. et alibi, adeoque minorem & inferiorem Patre, quod ad scientiam ultimæ diei attinet, et accepisse

[52] lakune. Konjektur: Hac interpretatione creat . . el. lign.

[53] PATROLOGIA GRÆCA VI, col. 1063.

[54] Johannes Gerhardus: PATROLOGIA sive De primitivæ Ecclesiæ Christianæ Doctorum vita etc. Editio secunda 1668. pag. 93.

[55] sic! Læs. Anten. § XIX. CONSIDERATIO ARMINIANISMI SENTENTIAM NOVELLÆ SECTÆ De omnibus Religionis Christianæ capitibus . . . exhibens autore Abraham Calovio, Wittenberg 1657. Pag. 131, Sectio II § XIX, hedder det i det afsnit som omhandler de antenikænske fædres tro, om Theoph. Antioch.: »In eo pessime quæritur simplicitas Apostolica.«

[56] Petavius, Lib. I de Trin., cap. III, § 6.

[57] SYNTAGMA HISTORIARIUM ECCLESIAE OMNIUM . . . a M. Johanne Micrælio, Scholæ Stetini Rectore. Stetin. 1630, pag. 379.

[58] Lib. II adv. hæres. cap. 1 (PATROLOGIA GRÆCA VII, Irenæus I., col. 709 f.).

[59] ibid. col. 975. Cf. Petavius op. cit. cap. III, § 7.

etiam antequam [60] fieret potestatem a Deo ad iudicandum Sodomitas, et ab eo ut Deo suo esse unctum. Ideo PETAVIUS quamvis censeat fidem de Trinitate ex Antenicænis præcipue contra nos esse probandum, tamen IRENÆUM refert inter eos qui ab hodierna de Trinitate sententia aberrarunt, & Patrem ævo, dignitate & potentia, Filio etiam ante incarnationem esse superiorem, docuerunt. Lib. 1 de Trin. c. 3 [61].

CLEM. ALEXANDRINUS sapientiam sive filium vocat creaturam, apud Euseb. de Præparatione Evangelica [62]: Filium esse prægenitum Factum, Principium omnium, dicit, Filium Dei infantem Patris dicit. Ideo Nestorianismi a Gentiano Hervato [63], & Arianismi ab Ruffino [64], Bellarmino [65] & Possevino [66] aliisque scripta eius postulantur. Sed et Stotius Patriarcha [67] aperte de eo ait quod Filium statuatur Creaturam, & Verbi incarnationem negat, et Petavius eum in illo errantium & Arianisantium Catalogo ponit.

TERTULLIANUS non tantum Filium iudicat esse Verbum illud in creatione rerum PRIMO OMNIUM EMISSUM [68] (vel de præsen [69]) quod postea Pater ex semetipso proferendo FILIUM FECERIT, sed et expresse fatetur ac docet, secundam personam a Deo conditam, & sermonem illum ab eo primum prolatum cum primum voluit, Ea quæ non [70] Sophiæ ratione et sermone

[60] lakune: Sandsynlig konjektur: incarnatio.

[61] § 7.

[62] PATROLOGIA GRÆCA XXI, Lib. VII, cap. XII.

[63] fransk teolog, f. 1499 eller 1509. En tid bosat i Rom, hvor han oversatte græske forf. til latin. Deltog i Tridentinerkonciliet. Død 1584 eller 1594 i Reims. Udgav bl. a.: »Clementis Alexandrini opera cum versione & scholiis.« Et scholie til Liber II af Stromateis (pag. 189) lyder: »Hinc error Nestorii.«

[64] PATROLOGIA LATINA XXI, col. 582. Rufinus, Apologia in Sanctum Hieronymum, lib. I, § 43.

[65] Roberto Card. Bellarmino: DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS LIBER UNUS etc. Colonia Agrippinæ 1613. pag. 79.

[66] Antonius Possevinus Mantuanus S. J.: APPARATUS SACRI AD SCRIPTORES VETERIS ET NOVI TESTAMENTI etc. Colonia Agrippinæ 1608. Tom. primus, pag. 362-363.

[67] Læs: PHOTIUS PATRIARCHA.

[68] PATROLOGIA LATINA I-II, Tertullian, De præscriptionibus, cap. XIII.

[69] lakune. Mulig konjektur: »vel de præsentit tempore«, nemlig i modsætning til Mülmanns lære om: »prolatio æterna«.

[70] læs: »cum« i stedet for »non«.

disposuerat intra se [71] substantias et species suas condere adeoque Filium esse tunc perfecte natum, cum Deus diceret FIAT LUX, sive antea quidem CONDITUM PRIMUM ad cogitandum in nomine Sophiæ dehinc vero generatum ad effectum Adv. Prax. [72] ubi etiam aperte ait, antequam lux mundialis fieret, nondum apparuisse Filium, sed tum demum cum [828] dixit Deus: »Fiat Lux«. Sed et Adversus Hermogenem, cap. 3 exerte scribit: Deum non semper Patrem & Judicem fuisse, quia et Filius & delictum non semper fuerit, atque ita fuisse tempus quando Filius non fuerit, quæ est ipsissima phrasis ARII, ut recte judicat GERHARDUS in Patrol. [73] sed et PETAVIUS eius de Filio sententiam Arianæ hæresi deteriore pronuntiare non dubitavit L. 1 de Trin. [74]

DIONISIUS EPIS. ALEX. Ep. cont. Sabell. manifeste scribit: Filius Dei opus est quiddam factitium [75], nec Patri naturaliter suus & proprius, sed alienus ab illius substantia, qualis est vitis a natura agricolæ. Eundem, quia sit quoddam conditum opus, non fuisse antequam fieret. Qui sic palam loquitur nonne is Arianam viam cum cæteris præstruxisse dicendus est? Certe RUFINUS [76] in eo notat Arianum errorem consentientem quia tacente Hieronymo acerbo Rufini æmulo et Gerhar. Lib. de Viris Illu. hunc Dionysium Arii vocat fontem [77]. Sed et BASILIUS Epist. ad Maxim. [78] de eo scribit, quod erroris de inæqualitate primus seminarium præbuerit. Ideo & PETAVIUS [79] eum prioribus accenset.

CONCILII ANTIOCHENI 80 patres negarunt Filium esse Patri homousion [80].

NOVITIANUS (sic!) Lib. de Trin. [81] aperte ac constanter docet Patrem esse solum unum illum Deum verum Creatorem, ex quo

[71] indføj: »in« foran »Substantias«.

[72] cap. VII.

[73] Joh. GERHARD: PATROLOGIA (ed. secunda 1668) p. 121–22.

[74] cap. V.

[75] Ms. citerer her efter Petavius Lib. I cap. IV, § X. Cf. PATROLOGIA GRÆCA X, col. 1270.

[76] PATROLOGIA LATINA XXI, col. 493, Rufini Hist. eccl. I, c. XX.

[77] Joh. Gerhard har ikke skrevet nogen Lib. de viris illustribus, (hans PATROLOGIA omtaler heller ikke Dionysius som kætter).

[78] PATROLOGIA GRÆCA XXXI, col. 270, Basilius Magnus, Epistolarum classis I, epist. IX.

[79] Petavius Lib. I, cap. IV, § X.

[80] På synoden i Antiochia 341.

[81] PATROLOGIA LATINA III, Novatian, Lib. de Trin., c. IX ff.

quando ipse voluerit Sermo Filius natus est, Deus utique procedens ex Deo, Secundam personam efficiens, sed non eripiens Patri, quod unus sit Deus ex quo originem traxit.

LUCIANUM MARTYREM, qui tertio seculo decurrente vixit, Ariani tamquam Patronum suæ sententiæ commendarunt. Et certe ob suspicionem hæreseos, a tribus episcopis Antiochenis, ab Ecclesia fuit rejectus. Ideo & Baronius in not. ad Martirol. [82] & Petavius Schol. in Epiph. Arianum [83] fatentur, eum ut et Dionisium Alex. nimio contentionis studio in Arianorum partem vehementius incubuisse.

LACTANTIUS Li. 4 Inst. C. 6 [84] docet: Filium, quem ille Spiritum Sanctum esse opinatur ante creationem mundi, sive in prima nativitate seculi esse generatum, factum, creatum Li. 4, c. 7, v. 1213. Et alibi.

ORIGENEM prætereo, qui Arii pater & fons, Arianismi auctor & scaturigo appellatur [85]. Sed et Clem. Rom. de quo Ruffini Apolo. pro Orig.: Clemens apostolorum discipulus libros edidit qui Græcis appellantur ἀναγνώσιμος [86], i. e. recognitio, in quibus cum ex persona Petri apostoli doctrina quasi vere Apostolica in quam plurimis exponatur, in aliquibus ita EUNOMII dogma scribitur ut nil aliud quam ipse Eunomius disputare credatur FILIUM DEI creatum ex nullis existentibus asseverans, Idem et alii autores Ecclesiastici tradiderunt, et testatur POSSEVINUS [87] in Ap. S. Lit., Clemens pag. 367. 368. Et PHOTIUS [88] Bibl. c. 113 eiusdem Clementis lib. Constit. argui posse fatetur Arianismi, et ita quidem, ut eam difficilius sit depellere. Hoc testimonium & doctissimus VISSERIUS [89] Archiep.

[82] MARTYROLOGIUM ROMANUM AD NOVAM KALENDARIi RATIONEM ET ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ VERITATEM RESTITUTUM. Auctore Cæsare Baronio Sorano. Rom 1586. pag. 17, 7. januar.

[83] Lib. I, cap. IV, § XIII.

[84] PATROLOGIA LATINA VI, Divinarum Institutionem Liber IV, cap. VI, col. 461.

[85] Joh. Gerhard, PATROLOGIA, pag. 150 citerer Thomas' ord om Origenes: »Fons est Arianorum.«

[86] Til det flg. cf. Petavius lib. I cap. III § VII og Rufinus Apologia in S. Hieronymum lib. I § 43 (PATROLOGIA LATINA XXI, col. 582).

[87] Antonius POSSEVINUS MANTUANUS S. J.: APPARATUS SACRI AD SCRIPTORES VETERIS ET NOVI TESTAMENTI. Colonæ Agrippinæ 1608. tom. prim. p. 362–363.

[88] PATROLOGIA GRÆCA CIII. col. 387.

[89] Jacob Usher, ærkebiskop af Armagh, død 1656. Se: Jacobus Usserius: POLYCARPI & IGNATII EPISTOLÆ, Oxoniæ 1644, cap. XVI, Ignatii epist. ad Phil. commentitia, pag. LXXXVI.

Armachanus Prol. in Ign., & POSSEVINUS in App. S. et D. GERHAR. in Patrol. & Joh. DRIEDS [90] de Eccl. aliique allegant, et semina Arianismi libris illis Clementi adscriptis inesse deprehendunt, quodsi ut mihi dubium non est, libri illi vel iniuria Clementi affinguntur vel sunt depravati, constat vel exinde dogma Arianum, ante Arium initium coepisse, Liceat hic Coronidis loco verba PETAVII subjicere iterum Id [91] li. 1 de Trin. c. 3.: Hic veteres Tertii Seculi & ultra scriptores Patri omnem prioritatem tribuisse, et Filio non minus quam creaturis, nisi quod ex Patre initium [829] assignasse indignatur, et infra Ne quis tergiversationi locus sit, aperte ait: »Planissime constat Arium illorum veterum secutum esse Dogma, qui nondum facta [92] constitutaque re, ad eundem errorem offenderunt, nam et illi productum a Deo Patre verbum non tamen ex æternitate docuerunt, sed antequam mundum fabricaret, ut illo administro ad hujus operis molitionem uteretur. Quamobrem quod Arium illius dogmatis architectum fuisse, ejusmodi [93] hactenus auditum non erat, Alexander [94] in epistola quæritur, aliique patres, qui contra hanc hæresin scripsere oratorio more, et per exaggerationem dici arbitror, siquidem magna a nobis est producta copia priscorum, qui idem quod Arius ante tractaverunt«, L. 1 de Tr. c. 5 [95]. Vide de his Patrum erroribus Hieron. Apol. 2 contra Ruffinum [96], Cardin. Peron. Obser. 4 c. 5 [97]. Et hæc est causa quod idem [98] Card. Perronius Epistola ad Casaubonum [99], & Cassander Consult. ad Frider. Imperatorem [100] cen-

[90] Jean Driedo (ca. 1480–1535). Se: Ioannis Driedonis DE ECCLESIASTICIS SCRIPTURIS ET DOGMATIBUS LIBRI IV, Louvain 1543, f. eks. fol 174 A, 178 B, 244 B f.

[91] Skriften utydelig. Måske Id = id est.

[92] Petavius skriver her: patefacta.

[93] hos Petavius står: cujusmodi.

[94] PATROLOGIA GRÆCA XVIII, brevets § IX. (col. 559–61).

[95] Læs: Lib. 1 de Trin. cap. VIII (§ II).

[96] PATROLOGIA LATINA XXIII, Contra Ruffin. lib. II § 10 ff. (col. 10 ff.).

[97] LES DIVERSES OEUVRES DE L'ILLUSTRISSE CARDINAL DU PERRON, Paris 1622. pag. 287 ff. Obiection 4 de la degradation d'Ursatius & Valens.

[98] bedre læses: item.

[99] Perron op. cit. I brevet til Casaubon findes intet herom. Men pag. 20 i »Replique aux Ministres touchant leur Vocation« kommer han ind på spørgsmålet.

[100] Georgius Cassander: DE ARTICULIS RELIGIONIS INTER CATHOLICOS ET PROTESTANTES CONTROVERSIS CONSULTATIO AD INVICTISSIMOS IMPERATORES AUGUSTOS FERDINANDUM I & MAXIMILIANUM II EJUS SUCCESSOREM. Lugduni 1608. Se forordets anden side (dateret 1564).

seant Veteres ecclesiæ, fidem cognoscendam esse ex scriptoribus illis, qui temporibus Constantini M. ad Greg. M. tempora, sive a tertio seculo exeunte ad finem sexti seculi vixerunt. Tantopere isti antenicænis Patribus diffidunt, magno equidem partis suæ præiudicio. Sed audiamus celeberrimum Pictaviensem EPISCOPUM HILARIUM, qui licet perversionis circa NICÆNAM SYNODUM peractam, non postrema pars fuerit, tamen de illis rixosis novitatibus graviter quæritur. »Post Nicænam«, inquit [101], »Synodum nihil aliud quam fidem scribimus, dum in verbis pugna est, dum de novitatibus quæstio est, dum de ambiguis, dum de auctoribus, querela est, dum de studiis certamen est, dum in consensu [102] difficultas est, dum alter alteri Anathema esse coepit, prope jam nemo est CHRISTI. Proximi anni fides quot immutationes habeat? Primum decretum HOMOUSION decernit taceri, sequens rursus Homousion decernit et prædicat. TERTIUM USIAM simpliciter a Patribus præsumptam per indulgentiam excusat, QUARTUM, non excusat sed condemnat. Tandem eo processum est ut neque penes nos, neque penes quemquam ante nos Sanctum exinde aliquid atque inviolabile perseveret. Annuas atque menstruas de DEO FIDES decernimus, decretis poenitemus, poenitentes defendimus, defensa [103] anathematizamus. Aut in nostris aliena, aut in alienis nostra damnamus, et mordentes in vicem, jam absorbt sumus.«

Quoad SECUNDUM id probatur similiter testimoniis patrum. IUSTINI dial. cum Trifone ex illo loco Gen. 19, 24: »Pluit Dominus a Domino« probat duos fuisse dominos, alterum super mundum num [104] invisibilem qui locum non mutet, nec ascendat, nec descendat, Alterum in terris existentem visibilem, qui locum mutet, et ascendat, & descendat. Et inter cætera: ipse est Coelestis Dominus Christus [105] in terra ut Pater, et Deus causa illi est, ut sit &c. [106] Sed & in toto illo colloquio probare Judæo ostendit: præter Deum Israelis alterum esse (scilicet Filium) qui etiam IEHOVA APPELLETUR, Eumque alium etiam numero, expresse dicit [107].

[101] PATROLOGIA LATINA IX-X. HILARIUS II, 566 (Ad Constantinum Augustum Lib. II, § V.).

[102] Ms. har: consessu, men hos Hilarius står: consensu.

[103] Sic. Hos Hilarius læses: defensos.

[104] læs: nunc.

[105] læs: Christi.

[106] læs: ut sit potens et Dominus et Deus. (iflg. Handschriften I, nr. 225 i Landesbibliothek, Hannover, »Controversiæ dilucidatæ«). Cf. Petavius, LIBER DE TRIN. I, cap. II.

[107] PATROLOGIA GRÆCA VI, col. 599.

IRENÆUS Li. 3 C. 6 itidem probat duos Deos. Vere igitur, inquit, cum Pater sit Dominus & Filius vere sit Dominus, merito Spiritus S. Domini appellatione signavit eos. Et iterum in eversione SODOMITARUM ait, »et pluit Dominus a Domino super Sodomam & Gomorram [830] ignem & sulphur de coelo.« Filium enim hic significat, qui & Abrahæ collocutus sit, a Patre accepisse potestatem ad judicandum Sodomitas propter iniquitatem eorum, similiter et istud: »Sedes tua Deus in æternum, virga dominationis, virga regni tui, dilexisti justitiam &c.« »Propterea unxit te Deus, Deus tuus &c.« Utroque enim Dei appellatione significavit Spiritus, et eum qui ungitur, Filium, et eum qui unxit, i. e. Patrem [108]. Idem lib. 2 c. 4 Verbum ut Deo proximum collocat, & alias sæpe Filium, ut Deum, sed Patre minorem a Deo Patre distinguit Lib. 2. cap. 1 [109].

TERTULLIANUS quoque cont. Praxe.: Duos Deos docet, sed hoc absurdum, substantiæ similitudine, conjunctione, & mysterio oeconómico seu dispositione excusare voluit [110].

SEX ILLI EPISCOPI [111], qui ad Paulum Samosatenum scripsere, ex eodem illo loco Gen. 19, probant Filium esse alium, secundum a Patre Deum, qui ut Dei summi Legatus, accepta a Patre potestate Sodomitas judicavit.

QUO AD TERTIUM id pariter probatur TESTIMONIIS PATRUM, JUSTINI Dialo. cum Tripho. Iu., THEOPHILI ANTHIOCH. lib. 2 ad Autoli., IRENÆI lib. 3 c. 2, TERTULL. Contra Marcio. lib. 2 & 3, CYPRIANI de Idolol. Vanitate. Et AUTOR [112] ap. eu. libri de Montibus Sina & Syon, 1. 2. VICTORINUS [113] lib. 3 & alii. Allata sunt in hanc rem testimonia Hieron. Maldon., Petavii, Danhaveri.

Tale Scriptum Lubieniecus S. R. Mtti humillime exhibuit, qui illud statim Jesuitæ legendum, addito tamen ei Vicebibliotecario suo, tradidit. Ita Jesuita scriptum illud publice perlegere necesse habuit. Finita lectione coepit Jesuita partim elevare, partim excusare exscripta

[108] PATROLOGIA GRÆCA, IRENÆUS I, lib. 3, cap. VI (col. 860).

[109] ibid. lib. 2, cap. XXVII (col. 803).

[110] se f. eks. Adv. Prax. cap. II (Patrol. Latina, Tert. II, col. 179).

[111] Se Hauck, Realencyklopädie für protestantische Theologie u. Kirche³, XIII, 318.

[112] De Montibus Sina et Sion, Tractatus ignoti Auctoris adv. Judæos. PATROLOGIA LATINA IV (Cyprians skrifter, »apud eundem«), col. 990–999.

[113] Marius Victorinus Afer, Adversus Arium lib. III, § XVIII. PATROLOGIA LATINA VIII, col. 1113.

veterum testimonia. Lubien. contra defendebat, satis ex iis constare Filium Veteribus creditum fuisse generatum, factum, creatum, conditum in principio mundi, et fuisse aliquando tempus quando non fuit.

Jesuita: Miror Prænobil. non allegasse antiquissimum Patrum IGNATIUM, nec tamen miror, quia cum Dominis Socinianis contrariari scio.

Lubien.: Satis multos habeo testes sine IGNATIO, eius epistolas tantopere in ipsis illis Visserii et Vessii [114] editionibus, ac in Mediceis exemplaribus mire discrepantes supposititias vel certe multum corruptas esse liquet, ideo S. Hieronym. & alii Patres agnoverunt 7 eius epistolas genuinas, ab omnibus receptas.

Jesuita [115]

Lubien.: Si criticon Riveti [116] ad manus haberem, facile contrarium probarem.

Jesuita: Rivetum non curo, qui in gratiam vestri scribere aliquid potuit.

Lub.: Fuit is reformatæ confessionis, non nostræ.

Jesu.: Potuit vobis favere, ut nobis ægre faceret.

Magister Bremer: Falsum est Ignatii epistolas ab Riveto reiici. Agnoscit is illas genuinas esse.

Lubienie.: Non dixi, Reverende Domine, Rivetum reiecissee aperte Epistolas illas, sed tantum posse ex eo probari, nam memini citari ab eo Luteranos & Calvin. Theologos, qui omnes Epistolas illas reiiciant.

Jesuita: Cur Præn. Dominus non allegavit HERMETEM?

Lubie.: Hermes vir fuit Apostolicus, qui tam crasse, ut et Clemens Rom. errare, ut Arianismi [831] semen spargeret, non potuit. Sed et liber ille dubius est.

Jesuita iterum excusare Veteres volebat. Lubien. autem postulabat proferri in medium Petavii Librum, quem Jesuita ex Bibliot. Gerdorfiana mutuo acceperat, ex hoc volebat Jesuitam convincere, sed licet aliquoties eum expetuisset, tamen allatus non est.

[114] Læs: Vossii. Om Jacob Usher og Isaac Voss's udg. m. m. se forordet til Ignatius hos Migne, col. 60 f.

[115] Lakune.

[116] Andreas Rivetus: CRITICI SACRI SPECIMEN. HOC EST CENSURÆ DOCTORUM TAM EX ORTHODOXIS QUAM EX PONTIFICIIS, IN SCRIPTA QUÆ PATRIBUS PLERISQUE PRISCORUM & PURIORUM SECLORUM, VEL AFFINXIT INCOGITANTIA, VEL SUPPOSUIT IMPOSTURA. Epistola dedicatoria er dateret 1612. Liber II capp. 1-3 handler om Ignatius.

Jesuita: Scimus sine Petavio, ORIGENEM Ario præluisse, sed et ab Ecclesia damnatum esse. Tum et TERTULLIANUM quædam incommode protulisse.

Lub.: Non solus ORIGENES hac invidia gravandus. TERTULLIANI sententiam Petavii Ariana hæresi peiorem iudicat.

Jesu.: Adduxitne Præno. D. CLEMENTEM ALEXANDRINUM. Is enim multis de S. Trin. scripsit.

Lub.: Perlegit Rev. Vestra eius testimonia a me conscripta, quæ in tantum Arianis favent, ut eius scripta ab Arianis corrupta Vestri iudicent.

Jesu.: Quid h. e. si hic vel ille Patrum incommode quid scribat & erret? Sed reliqui orthodoxi.

Lub.: Atque ego in rem meam omnes fere allegavi, quæ fidem obtinent.

Jesuita: Non adduxit Prænobil. Dominus HERMETEM, IGNATIUM, ATHENAGORAM, et alios.

Lub.: Hermetis & Ignatii Scripta sunt dubia, Ita & Athenagoræ.

Hinc D. Legatus Cæs. ut et Jesuita conabantur excusare Veteres, & iudicium Petavii de illis.

Lub. vero iterum adferri Petavium postulavit sed frustra.

Jesu.: Non est de Ecclesiæ Catholicæ sensu ex aliquot Patribus iudicandum.

Lubie.: Ni fallor Petavii omnes Antenicænos in cathalogo Arianzantium ponit. Statuit enim sententiam eorum hanc fuisse, Quod Filius ævo, dignitate & potestate etiam ante Incarnationem fuerit Patre minor & inferior.

D. Legat.: Non memini me hoc legisse.

Lubien.: Non aliter se res habet.

Jesuita: Et si aliquot Patres de Filio Dei erraverint, non erraverunt CONCILIA, non erravit tota ecclesia. Concilium Antioch. duplex tertio seculo contra Pau. Samosath. decernit, Christum esse Deum ex Patre ante secula genitum. At v. illi Patres asserunt, se Fidem a Maioribus acceptam tradere.

Lub.: Atq. ego illos Patres Antioch. in contrarium allegavi, & adscripsi eos negasse Filii Homousiam.

Jesu.: Hoc testimonium mihi notabo, & an ita se habeat videbo. Sed video, Prænob. D. dicta Patrum sinistre explicare, ut cum allegat verba IRENÆI quod unus sit Deus solus Pater &c atque ille clare docet Filium esse unum cum Patre Deum, eadem est mens IUSTINI & aliorum.

Lub.: Merito illa verba Irenæi protuli, quia aperte docent SOLUM PATREM ESSE DEUM ILLUM UNUM CREATOREM, sicut solus Pater sit. Filium quidem ante secula Deum fuisse docet, sed tamen eum dignitate & potestate, imo & ævo minorem esse Patre fateatur. Quod et Petavius in eo notat.

D. Legatus: Videnda essent verba IRENÆI.

Lubie.: JUSTINUS autem in Dial. Triph. docet, Filium esse alium a Patre Deum.

Jesuita: Vere, quia personis distinguuntur.

Lub. Atqui ille docet Filium esse alium numero Deum.

Jesuita: Alium numero id est persona.

Lub.: Imo alium essentia. Certe Rev. Vra nunquam concedet Filium esse alium numero Deum a Patre, quia credit esse unum numero Deum cum Patre. Ita R. Vra Justino contradicit.

Jesuita hic Justinum librum postulavit, quem Bibliotecarius Regius Lubieniecio in manus tradidit. Is autem cum non esset in illo Exemplari versatus, locum illum qui tamen certe ibi habebatur, e vestigio non invenit, sed sensim in illa verba incidit: »Non erit unquam alius Deus, neque fuit [832] in Seculo, præter factorem & ordinatorem hujus universi, nec alium nostrum alium vestrum existimamus Deum esse« [117], dixitque Justinum ibi demonstrare convenientiam quidem Judæorum & Christianorum in eo, quod diderent [118] in unum eundemque ISRAELIS DEUM, differamus autem quod illi negent Jes. Christum Fil. Dei.

D. Legatus Justinum a D. Lub. accepit et ad S. R. Mtem conversus: Necesse foret, inquit, Scripta istorum Patrum evolvi et expendi, ut de tota hac re judicemus. Hactenus enim nihil probatum est.

Lubien. conditionem accepit et iterum Petavium requisivit.

Jesu. impetrata venia a S. R. M. aggressus est refutare explicationem Lubie. de loco Joh. 1 v. 1 ante octiduum allatam.

Lubien. econtra suam explicationem defendebat probans in Evangelio Joannis de principio evangelii (ut et in. Mat. Cap. 1 v. 1 & alibi), non de principio Mosaico, et quia de principio agatur, non de æternitate, quæ principium & finem excludat agi.

Jesuita iterum ad Patres conversus, constat, ait, ex IRENÆO et aliis patribus S. Joannem scripsisse evanielium contra Cerinthum & Ebionem, qui Divinitatem Christi negaverant adeoque non satis rati de S. Evanielista, adversarios ursisset, si in principio Evanielii verbum

[117] PATROLOGIA GRÆCA VI, col. 498.

[118] Læs: crederent.

fuisse intellexisset, saltem hic principium vet. creationis intelligendum est, quod concessit Arius, qui plus quam Socinus tribuit Christo Dno. Agnovit enim Eum fuisse Deum ante secula, saltem excellentem quando creaturam, creationis ministrum, postea incarnaturum.

Lubie.: Per me licet ut Rev. Vra hoc modo ista Joh. verba explicat. Nam dato non concessio [119] Principium hic vet. creationis intelligi, nondum Re. Vra id quod intendit, probaret. Sciendum enim est, quod inter meam & R. V. sententiam medium est dogma Arii, qui quia nolebat cum veritate hæc verba de principio evanielii, sive novæ creationis intelligere, ideo ea de principio mundi intellexit, & Filium esse creatum ex nihilo, ut et omnia alia, dixit, ad quod probandum, & hoc Joh. loco, & illo Pauli Apli, »qui est Primogenitus omnis creaturæ« cum primis usus est. Ergo si R. V. nolit hic mecum principium Evanielii intelligere, principium mundi cum Ario intelligat necesse est. Ulterius hinc non procedet.

Hinc Jesuitam succumbentem M. BREMER fulcire volens, Merito, inquit, Romanus Pater Locum hunc Jo. 1 pro probanda Filii Dei Divinitate attulit, manifeste enim eam docet, et quidem aliquot argumentis. Dicit enim IN PRINCIPIO FUISSE VERBUM i. d. [120] jam tum fuisse, cum cuncta in principio crearentur, et fuisse illud apud Deum et Deum fuisse illud verbum, de quo postea dicitur: »Verbum caro factum est.«

Subridente S. Rege, et ad responsum invitanti Respondit Lubienicius: Ne Hercules contra duos, multo minus contra tres. Habeo alium antagonistam. Nec meum est in hoc rerum mearum statu præsertim nunc congredi cum R. D. concionatore Aulico S. R. M. Vrà.

Ergo Jesuita prosequitur suas obiectiones: Verbum Dei vocari DEUM, sed & alibi et quidem subjective, et cum articulo vocari DEUM, ut Act. 20, 28: »Pascite gregem Dei quem redemit Sanguine suo.«

Lubien.: Notum est quomodo nostrates ad hæc verba respondeant. Id repetere ne nova controversiæ enascatur occasio non judico necessarium esse. Satis est quod Christum confiteantur esse Deum, ut Filium a dextra Patris regnantem.

Jesuita: Sed quo sensu Filium esse Deum dicitis? De sensu tota quæstio est.

Lubien.: Sensu Scripturæ quæ dicit: »Unxit te, o Deus, Deus tuus.«

Jesu.: Sed tamen Deus est factus.

[119] læs: concessu.

[120] i. d. = id est.

Lubien.: Fecit eum Deus Dominum & Christum, inquit Scr. Et ante octiduum probavi R. Vræ Patres docuisse, Filium esse Deum factum.

Jesuita: Dixit quidem P. D., sed non probavit.

Lub.: Satis probavi, quoniam protuli testimonium Maldonati [121] qui in Math. 12 ait: »Nam inter omnes homines illum assumpsit (loquor enim veterum Theologorum more) et DEUM fecit.«

[833] Jesuita: Hoc verum est quod Deus Hominem fecerit Deum.

Lub.: Hoc nobis sufficit, id enim ipsum profiteamur & propugnemus.

Jesu.: Sed in Christo nil nisi humanam naturam spectatis, et purum hominem fuisse opinamini.

Lubie.: Nequaquam. Iniuria nobis fit grandis, si quis hoc de nobis dicat. Nam credimus Christum ab ipso conceptionis momento Spiritus S. unicum FILIUM DEI singularissimum & excellentissimum fuisse.

Jesu.: Sed non ipsum Deum.

Lubienie.: Imo & Deum, sed a Deo suo unctum præ consortibus suis, sive illis, qui etiam Dii vocantur.

Jesuita: Vocantur quidem Dii, sed non absolute ut Christus, sed potius cum adjunctione, ut Deus Aronis, Deus Pharaonis.

Lubien.: Imo absolute vocantur Dii, et quidem ab ipso Deo: »Ego dixi Vos Dii estis [122].«

Jesuita: Sed tamen analogice tantum Dii vocantur, & certo respectu, sive per quendam dicendi modum.

Lubien.: Certe vocantur non tantum Dii et Angeli, et Reges ac Summi Judices, sed et sunt Dii, et quidem sunt Dii suo modo veri, quia ut vicarii Dei communicatam a Deo potestatem obtinent, & non frustra uti Scriptu: ait gladium tenent.

Hæc satis pathetice et cum zelo quodam Lubieniecius dixit cum applausu Ser. Regis ac totius auditorii. Parum aberat quin diceret Reges tales esse Deos, ut eos nec hæreseos, nec ullo alio respectu occidere liceat. Dixit enim: tales sunt isti Dii, ut Deus eorum respectu altissimus sive summus & Deus Deorum (utique non falsorum, sed verorum suo modo) dicatur.

Jesuita: Si itaque Christus est Deus & quidem verus, ut Prænob. D. dicit, cur igitur confiteri nolunt cum Symb. Nicæno: FILIUM ESSE DEUM DE DEO, LUMEN DE LUMINE.

Lubie.: Hoc quidem non adversatur sententiæ nostræ, sed malumus

[121] Se anm. [24].

[122] Joh. 10,34.

cum Scriptura loqui: CHRISTUM ESSE DEUM, A DEO SUO UNCTUM PRÆ CONSORTIBUS SUIS.

Dehinc multis actum est de Symbolo Nicæno quod illa verba »ante omnia secula« ei primitus inserta non fuerint, quod in eo de Spu. San. nil definitum fuerit. Tum & de Sp. S. quod nec scriptores sacri nec trium amplius seculorum Patres eum vocare Deum ausi fuerint, quæ hic non repeto quia de his in secundo colloquio actum est.

Studio autem Lubieniecus multa horum repetiit, quia tunc multi aderant, qui secundo colloquio non interfuerant. Cum hic non leviter Jesuita urgeretur, ideo ad quæstiunculas captiosas reversus est: Dubio procul, inquit, credit Præn. D. angelos ut creaturas Dei, seipsos intelligere?

Lub. respondit quod sic.

Tum Jesu.: Si itaque angelus seipsum intelligit, quomodo, quæso, seipsum intelligit?

Lub.: Ego inter angelos non fui, et nec linguam angelicam, nec mysterium hoc in Scripturis revelatum habeo. Proinde quomodo angelus seipsum intelligat, enarrare non possum, nec volo, nec debeo.

Jesu.: Si intelligit seipsum, opus est ut imaginem sui videat, eamque semper intueatur, quia semper se ipsum intelligat. Intellectus enim sive intellectio sui ipsius in imaginem sui ipsius, velut in suum objectum fertur. Nempe seipsum intelligens concipit in mente imaginem sui. Et quia angelus spiritus perfectus, opus est, ut et perfecte se ipsum intelligat, & perfectam sui imaginem mente concipiat. Quodsi angelus seipsum ita intelligit, ut perfectam sui imaginem concipiat, multo magis id verum est de ipso DEO. Qui quia est Ens perfectissimum dubio procul perfectissimam sui ipsius imaginem concipit, et quia absolute est perfectus, necessum est, ut credamus, eam perfectissimam illam sui ipsius imaginem mente ab æterno concepisse et generasse. Et hoc est Verbum illud prolis [123] paternæ mentis, sive Filius ex essentia Patris ab æterno generatus. Nunquam enim otiosus est Deus, sed semper seipsum intelligit, seipsum intuetur, semper perfectissimam sui ipsius imaginem concipit & generat, quæ demum cum DEO per amorem juncta spirationem producit, et hæc sunt tres illæ unius numero Divinitatis personæ: PATER, FILIUS & SPIRITUS S.

[834] Postquam hæc et multa alia his similia per horam quadrantem Jesuita disseruisset, Lubieniecus patienter his omnibus exauditis rogavit: Jamne Re. Vra suum discursum perfecit? Cum is annuisset,

[123] læs: proles.

tum Lubienie.: Rev. Vra, inquit, satis copiose edisseruit nobis ineffabilia & incomprehensibilia mysteria, quomodo & angelus & DEUS seipsum intelligat, quomodo imaginem sui ipsius concipiat &c. ac si Re. Ve. coelestium consortio unquam interfuisset, et ipsam DEI mentem ac essentiam penetrasset. Ad ista quid ego respondeam, quid ex Scripturis didici, »nos in hac vita tantum ex parte cognoscere & videre tanquam per speculum in ænigmate« [124] et debere nos sapere ad sobrietatem et »non sapere supra id quod scriptum est« [125], et scrutatorem Mttis opprimi a gloria. Certe Paulus Apostolus qui Div. sapientiam in tertio coelo didicit, hæc mysteria nobis non revelavit, sed solummodo expresse Scriptum reliquit: »Unus est Deus Pater, & unus Dominus Jesus Christus, Unus Deus, Unus & Mediator Dei & hominum, Homo Christus Jesus, et quæ sunt alia quæ aperte docent Jesum Christum esse a Deo & Patre resuscitatum, superexaltatum Judicem vivorum & mortuorum constitutum.« Ultra hæc sapere nec possum, nec volo, nec debeo.

Jesui.: Præ N. Dnus non vult mihi directe respondere ad meas quæstiones.

Lub.: Satis respondeo, sed ex Scriptura. Hac me contra captiosas quæstiones munio.

Jesui.: Quæstiones quas propono, captiosæ non sunt, at alia nuda Scripturæ male intellecta verba, quæ Præ N. D. adferre solet »Unus Deus Pater, Unus Dnus Jes. Christus« totum fidei mysterium non explicant, nisi Patrum explicatio addatur: »Tres esse distinctas Unius numero Dei personas.«

Lub.: Hoc quod ego dico expresse legitur in Scrip. Hoc quod R. V. adfert, nusquam legitur in Scrip. Ideo etiam urgere solent Theologi vestri contra Evanielicos, dogma de Trinitate sine traditionibus & Ecclesiæ autoritate probari non posse.

Jesuita: Et nos catholici et evanielici Augustanæ confessionis & reformati & tota Ecclesia græca, Æthiopica & aliæ Christianorum Ecclesiæ in S. Trin. credimus, vos autem soli hanc fidem rejicitis.

Lubie.: Nos satis habemus proponere fidem, quæ vere est Catholica in quam baptizantur omnes Christiani eamque approbant. Et cum alias Christiani tot dissidiis inter se, etiam de hoc ipso S. Trinitatis dogmate commitantur. In nostra Fide velut in medio omnes conveniunt, non secus ac variarum nationum mercatores in hanc Byrsam

[124] 1 Kor. 13,12.

[125] 1 Kor. 4,6.

Hafniensem, vel in illam Amsterodamensem, vel in aliam aliquam conveniunt.

Jesui.: Hoc vero est quod nemo nostrorum Præn. Dno concesserit, quia nos omnes unanimiter confitentur S. Trinitat.

Lub.: Scio inter ipsos Ecclæ Rom. theologos tot & tantas de hoc dogmate reperiri controversias, ut et inter alios eius sectatores. Quod si hic adesset Catholico Rom. & Græcus & Evanielicus Aug. confessionis & Reformatæ & Anabaptista & Arminianus, vel alteri alicui sententiæ quæ Christum profitetur, addictus, ego autem meam de Fide sententiam proponerem, unusquisque eam admitteret & approbaret, est enim sola Catholica, prout scilicet in Symbolo Apostolico traditur.

Jesuita: Non est in verbis, sed in sensu hæresis sita, ut docet Ecclesia.

Lub.: Verba clara quæ non possunt aliter intelligi, nisi ut naturaliter in se significant naturale & genuinum sensum unicuique sobria ratione prædito suppeditant. Tales sunt articuli Symboli: »Unum esse Deum Patrem omnipotentem Creatorem Coeli & Terræ, Filium eius unigenitum esse Jesum Christum Dominum nostrum &c«.

Jesui.: Dixi antea particulam copulativam et complecti mysterium Fidei, quod & Filius Dei sit Deus ille Creator Coeli & Terræ, æque ut Pater.

[835] Lub.: Ego V. dixi, hoc esse milium terebrare [126] & in scirpo nodum quærere [127], dum in una vocula mysterium creditu ad salutem necessarium collocatur, quod clarissimis Scripturæ verbis probandum est.

Jesui.: Quod catholici docent de hoc mysterio, hoc omnes Christiani docent, vobis solis exceptis, et cui potius hic credat homo indifferens? Nobisne omnibus an vero vobis pauculis.

Lub.: Si externis rebus certandum est, nos causa cadimus. His porro quibus religio superior est, ego dicere nolo, sed rem esse explicatu non video, facilem video [128].

Jesui.: Externa non urgeo, sed dico inconveniens fore, si quis discipulorum velit in schola contradicere magistro. Atque hoc fecit SOCI-NUS, qui tot ecclesiis contradicere ausus est.

Lub.: Discipulus qui ad rectæ rationis usum & justam perfectionem pervenit, non raro superat magistrum, & merito ei opponere se po-

[126] d. v. s.: »at lede efter en nål i en høstak«. Oplysning om, at milium terebrare er et ordsprog, som findes i Erasmus' »Adagia«, skylder jeg ordsprogsforskeren cand. mag. Iver Kjær.

[127] d. v. s.: at søge vanskeligheder, hvor ingen er. (Terents, Andria, I, 941).

[128] lakune. Teksten korrumpet.

test, si magister aperte falsa ei obtrudere velit. Præterea nos confessionem nostram proponendo nihil negamus, sed tamen fidei caput aperte negare Re. Vra non potest, sed tamen dicit & docet, »Unus est Deus Pater, Filius et Spus S.« Sed quod nos ponimus expresse ponitur in Scriptura. Jam si id quod communis fert de S. Trinitate sententia, nostram sententiam æquare, vel supplere, et illustrare debet, opus est, ut vel R. Vra, vel R. D. M. Bremerus indigetabat [129] mihi afferat verba Scrip. in quibus expresse legatur: »UNUS EST DEUS PATER, FILIUS & SPIR. S.«

Responsionem Jesuitæ præoccupavit M. Bremerus: Et ego, inquit, nolo cum Nobilissimo Domino agere, quia argumentum meum rasumere, et ad illud respondere noluit.

Lub.: Merito id feci, alioquin contra rationes status mei fecissem. Nam nec cum R. Patre congressus fuisset, nisi S. R. Mattis mandatum accessisset.

Jesuita: Manet igitur, quod non credatis, tres esse unius Dei personas.

Lubie.: Manet immobile, quod credimus: Unum esse Deum Patrem. Qui vult de nostra confessione recte judicare, non ea consideranda sibi sumat, quæ non credimus, sed ea quæ credimus.

Dum ita Lubienecius cum Jesuita certat, M. Bremerus erupit in subsidium Jesuitæ, et objecit: dici in Scripturis PATREM, FILIUM & SPUM S. ESSE UNUM.

Tum Lubien. ad eum conversus: Miror, inquit, quod R. Vra locum illum 1. Joh. 5, 7: »Tres sunt qui testantur in Coelo &c.« alleget. Nam LUTHERUS [130] hunc locum ut supposititium olim reiecit, et collega eius D. BUGENHAGIUS (qui superiori seculo vestram [131] inunxit, & Academiam reformavit) Comment. in Joh. 3 [132] validis rationibus probat hunc locum esse textui insertum, utique hæc verba non habentur in antiquissimis Græcis exemplaribus, nec in Syriaca versione ut nec in Arabica, Æthiopica & Dalmatica, nec ulla Biblia Latina hunc locum legerunt, ne ullus Patrum etiam qui de Trinitate tot libros scripserunt eum legit vel allegavit, ad usque Hieronymum, ut taceam alias rationes quæ evincant hunc locum esse supposititium.

[129] læs: indiget et. Indigeto her i betydn.: citere, fremføre.

[130] W. A. Deutsche Bibel VII, 339. Det drejer sig her om det såkaldte »Comma Johanneum«.

[131] Indføj: Regiam Maiestatem (nemlig Christian III den 12. august 1537).

[132] Iflg. Møller, Cimbria Literata, tom. III. har Bugenhagen i 1546 i Wittenberg udg. »Annotationes in Johannem Evangelistam«. Denne bog har jeg imidlertid ikke kunnet fremskaffe, hvorfor jeg ikke kan citere fra den.

Ad ista Magis. Bremerus ne q [133] quidem. Nam & S. R. M. rationes Lubienecii validas videns M. Bremero iterum atq. iterum silentii mandatum dedit his verbis: »Si tacuisses Philosophus mansisses [134].« Itaque et ille conticuit & Jesuita deficere visus est.

Sed subvenit ei D. Legatus iterum, et ad Lubienecium conversus: Audivi, inquit, G. D. Vram allegare verba illa: »Unxit te DEUS tuus præ partibus tuis [135].« Velim nunc scire quid intelligat per illos participes.

Lubien.: Intelligo Summas potestates, inter angelos & homines qui Dii vocantur, Christus autem eorum respectu REX REGUM & DOMINUS DOMINANTIIUM appellatur.

[836] D. Legatus: Itaque G. D. Vra Christum in ordine horum Deum ponit quamvis iis sublimiorem.

Lubien.: Ipse Christus ab hominum Deorum exemplo Divinitatem suam probat Joh. 10.

D. Legat.: Igitur Christus est creatura.

Lubienecius: Est PRINCIPIUM CREATURÆ DEI, PRIMOGENITUS UNIVERSÆ CREATURÆ, PRIMOGENITUS MORTUORUM, ut Scriptura loqui solet, atque hoc nullus Christianorum negare potest, ut nec alia Fidei nostræ capita, quæ clarissimis Scripturæ verbis concepta multum præponderant in balance, prout Excell. Vre ante octiduum demonstravi.

D. Legatus: Nihil habetis, quod non et nos habemus.

Lub.: Demonstravi meam lancem præponderare.

D. Leg.: Existimo nihil a G. D. et lanci impositum quod non & a me etiam impositum fuerit.

Lub.: Reassumamus si placet hanc bilancem.

D. Legat.: D. V. posuit supra lancem suam SYMB. APOSTOLICUM et ORATIONEM DOMINICAM imo IPSAM SCRIPTURAM. Nos id ipsum supra lancem nostram ponimus. Ergo D. V. nil habet supra nos. Agitur v. [136] de sensu vero.

Lubie.: Paulo aliter tunc, Excel. Dne, egimus. Ita nempe ego imponebam lanci meæ: »Unum esse Deum, Unum esse Patrem, Unius istius Dei Filium unigenitum &c.« Ex. Vra hæc eadem lanci subimposuit, quia noverat ista ad literam in Scrip. legi, sed nolebat Ex. Vra confessionis suæ membra integra apponere, scil.: »Deum esse Trinum,

[133] Utydeligt. Formodentlig skal læses: quievit.

[134] Job. 13,5. Prov. 17,28.

[135] Ps. 44 (45) v. 6.

[136] d.e.: videtur eller videlicet.

sive Deum esse unum essentia trinum personis, Unum esse Deum Patrem, Filium & Spum S., Filium esse eundem numero cum Patre Deum.«

D. Legat.: Dixi D.V. non debere esse sollicitam de istis quæ nos lanci nostræ imponamus. Nam quanto hæc fuerit pauciora, tanto illa erit levior.

Lubien.: Observanda hic est & Arithmetica & Geometrica proportio.

D. Legat.: Placet nunc terminis Philosophiæ quos antea & ipse adhibere, & in R. Patre tolerare noluit.

Lub.: Possum etiam illis abstinere, ita ut dicam me esse causa superiorem. Quia attuli Fidei meæ momenta eaque lanci meæ imposui. Excel. vero Vestram non prodidisse integram suam confessionem, sed ea tamen lanci suæ appendisse, quæ jam attuleram. Nam si Ex. Vra integræ fidei suæ momenta adferret manifeste appareret meam lancem præponderare, cum afferrem clarissima Scripturæ verba, qualia Ex. Vra nunquam adferre potest.

D. Legatus: Eadem attuli, quæ D.V. attulit.

Lub.: Merito quidem, quia hæc sola sunt vere Catholica, sed non attulit Ex. Vra ea quæ præterea Fidei Confessio Ecclesiæ Catholicæ Romanæ porrigit, quæ cum discrimen hæc inter nos faciant, claritate Sac. Scripturæ distinguuntur.

D. Legatus: Non sufficit hæc nude attulisse, cum de sensu non constet.

Lubien.: Sensus genuinus est præsto, si intelligantur verba Scripturæ clarissima ut in se sonant, v. g. cum in Scriptura toties legimus: »UNUS EST DEUS, UNUS EST DEUS ISRAELIS, CREATOR OMNIUM RERUM, UNUS EST DEUS PATER.« Hæc sunt quæ totam confessionem meam de uno Deo constituunt, & lancem meam implent, eamque præponderare faciant.

D. Lega.: Hæc quidem sunt vera, sed non sufficiunt.

Lub.: Quid ni sufficiant. Toties enim in Scripturis dicuntur.

D. Lega.: Sensus eorum a Patribus petendus est.

Lub.: Etiam si omnium Patrum scripta perirent, vel a me aliisque simplicibus Christianis non legerentur, possent tamen hæc, quæ toties in S. Lit. leguntur: »UNUS EST DEUS, UNUS EST DEUS PATER«, intelligi in sensu vero & genuino qui naturali verborum perspicuitate fundatur. Sed Excel. Vra veniat ad lancem, ego lanci meæ impono, quæ toties totidem verbis, totidem syllabis, totidem literis in Scripturis dicuntur: »UNUS EST DEUS, UNUS EST DEUS IS-

RAELIS CREATOR, UNUS EST DEUS PATER«, quodsi hæc demon[837]stro ter verbi gradus in Scrip. totidem verbis totidem sillabis totidem literis dici, nisi Ex. Vra ad explicandam & confirmandam integram suam de uno Deo confessionem, quæ est TRIUNUS VEL TRINUS VEL TRINUS & UNUS, unus scil. essentia, trinus v. personis, UNUS EST DEUS ISRAELIS, CREATOR RERUM, PATER, FILIUS & SPUS. S. attulerit tria loca scripturæ quæ itidem ut illa mea, id quod Ex. Vra vult totidem verbis, totidem sillabis, totidem literis dicant. Tum Ex. Vræ lanx est levior, et causa inferior. Quodsi etiam ejusmodi tria loca attulerit, tum demum erimus pares. Sed si attulerit plura quam ego, talia inquam, qualia ego attuli, tum fatebor lancem et causam Excell. Vræ præponderare.

D. Leg.: Ecce ego adfero clarissimum locum, in quo solo vel quatuor, vel etiam plura argumenta pro sententia Catholica de æterna Divinitate Filii promuntur: »In principio erat verbum &c.«

Lubie.: Ex Vra adfert mihi locum obscurum & controversum eumque clarissimis meis locis, quæ sententiam meam clarissime proponunt, opponit.

D. Leg.: Hic etiam clarissime sententia Catholica proponitur, quod »in principio erat verbum«, quod »verbum erat Deus«, quod »omnia per ipsum facta sunt«, quod »verbum caro factum est«. Hic quatuor sunt argumenta maximi momenti, quæ Vestræ sententiæ opponimus.

Lubie.: Nostra sententia constat clarissimis Scripturæ verbis, quibus Ex. Vra opponit consequentias ex obscuris Scripturæ verbis depromptas. Hoc non est secundum æquitatem agere. Ecce rem amplius ad oculus demonstro, scribo mea majoribus literis aperte: UNUS EST DEUS, UNUS EST DEUS PATER. Hoc demonstro totidem verbis, totidem syllabis, totidem literis in Scripturis pluries scribi. Scribat Ex. Vra a sua parte totidem literis majoribus suam sententiam integram (nihil, inquam, in recessu reservando) DEUS EST TRINUS, UNUS EST DEUS PATER, FILIUS & SPIRITUS SANCTUS. Demum demonstretur totidem verbis, totidem sillabis, totidem literis in Script. dici, & quidem pluries quam mea illa. Tum agnoscam, quid et lanx et causa Ex. Vstræ præponderet. Atqui tot meis clarissimis locis Scripturæ ne unum quidem similem, Ex. Vra opponere potest, nempe quia Scriptura sibi non est contraria.

Hic cum se stringi D. Legatus videret, reassumpsit illas quæstiones, quæ in secundo colloquio agitatæ sunt: Quis judicabit hæc et non illa loca esse clarissima? Quis judicabit itidem, hunc & non illum esse ver-

borum sensum? Quomodo non potius Ecclesiae toti, quam uni alicui homini credendum? & similes, quas non repeto, attulit D. Legatus.

Itaque & Jesui. certamen reassumens gloriabatur se omnes Patres pro se habere.

Lubie.: Sed ego, inquit, pro me omnes APOSTOLOS habeo, primos illos PATRES. Nam illos Patres quos R. Vra allegat in multis errasse graviter, quin & vestrae & nostrae sententiae adversari demonstravi.

D. Lega.: Videnda sunt Patrum sententia, ibi quaerendus est sensus Scripturae, ut sufficiens Fidei confessio edatur. Generosa Dom. Vra sufficientem fidem in Symbolo Apostolico collocat, quod quidem nisi accedat Patrum explicatio consistere nequit.

Lub.: Symbolum Apostolorum libenter meritoque urgeo quia continet compendium eorum [137] doctrinae, ideo & merito pro tessera Christiani baptismi & Christianae religionis habetur. Porro explicatio eius ex ipsius, ut & Scripturae clarissimis verbis est petenda. Praestitit id feliciter Nob. Ecclesiae nostrae Theologus IONAS SCHLICHTING edita ECCLESJARUM NOSTRARUM UNUM DEUM PATREM ET FILIUM EIUS UNIGENITUM D. IESUM CHRISTUM CUM SPIRITU S. PROFITENTIUM CONFESIONE SECUNDUM ARTICULOS SIMBOLI. Haec confessio vera ab omnibus iudicatur. Sed dicitur insufficiens, nempe quod extra Scripturam in rebus Fidei sapere & post Apostolos invecta dogmata recipere nolumus.

[838] D. Lega.: Non vidi hunc librum.

Lubie.: Traductus est in plures linguas.

D. Legatus: Si sufficit FIDES SYMBOLI ad notam Christianismi, ergo si periisset tertia pars Symboli foret imperfecta fides, et tamen ad notam Christianismi sufficeret.

Lubie.: Certe Scriptura quanta est nusquam dicit credendum esse in Spiritum S., de quo credenda & confitenda in tam brevi Religionis Christianae compendio parte secunda exponuntur. Equidem & Tertullianus [138] etiam partem Symboli non ponit, et aliquando dixit: Credo Sp. Sanctum, constaret ergo Christianae Fidei Symbolum, eti-

[137] d.e.: apostolones.

[138] I Liber de Praescriptionibus cap. XIII findes en »regula fidei«, som kun omfatter to artikler. I Adversus Praxean cap. IX skriver han: »Hanc me regulam professum, qua inseparatos ab alterutro Patrem et Filium et Spiritum testor, tene ubique; et ita, quid quomodo dicatur, agnosces. Ecce enim dico alium esse Patrem, et alium Filium, et alium Spiritum.« – Om Tertullians »binitarisme« og »trinitarisme« henvises til Loofs Dogmengeschichte⁴, 157 og Harnack Dogmengesch. I⁴, 581, anm.

amsi tertia pars abesset, sic aberat illa particula: Descendit ad inferos in Symbolo Romano Aquilegiensi [139] & aliis, aberant et quædam voces, quæ tandem receptæ sunt, & tamen sufficebat Symboli professio ad notam Christianismi.

D. Legat.: Symbolum nihil habet de Articulo Justificationis.

Lubie.: Satis est quod nominet Remissionem Peccatorum, quæ fit dum credentibus in Christum Deus reputat Justitiam suam, eosque justificat.

D. Leg.: Nihil et habet de Baptismo.

Lub.: Quia est inprimis baptismi symbolum, ipsaque tessera. Præterea nominat SS communionem in qua merito includitur Baptismus, qui pertinet ad hæc quæ Sancti inter se communia habent.

D. Leg.: Sed expresse de Sacramento non habet.

Lub.: Habet quantum satis est ad notam Christianismi quia Baptismus implicite continet in Articulo de SS Communione.

D. Legatus: Nihil etiam habet de Sacramento Corporis seu Eucharistia.

Lub.: Hæc est præcipua Communionis SS pars, ut sancti sive fideles probati de uno Sacro Pane edant, & de uno S. calice bibant in memoriam fracti Corporis Christi, & effusi eius Sanguinis tamquam membra unius corporis.

D. Legatus: Hæc non possunt constare nisi explicatio ecclesiæ accedat. Nam unde G. Dn. Vestra scit, hoc Symbolum esse Apostolorum?

Lub.: Non credo esse Symbolum Apostolorum, sed tamen credo esse Apostolicum Symbolum, quia compendium Fidei eorum continet.

Jesuita: Consentiant SS Patres quod Apostoli illud composuerint.

Lub.: Solvit hanc sententiam Vossius [140] ex Scriptura & Antiquitate.

Iesuita: Unde vero scit Prænobilis D. hoc symbolum esse apostolicum?

Lubien.: Quia video illud conforme esse Doctrinæ Apostolicæ.

Iesu.: Sed unde scit hanc Scripturam esse Scripturam Sacram? Et quis hoc docuit?

Lubien: Ipse Deus nam de temporibus Evanielii prædictum est: »Et erunt omnes edocti a DEO.«

[139] PATROLOGIA LATINA XXI, 335 ff. viser, at »Descendit« ikke mangle i det aquilejensiske symbol. Jf. Hauck, Realencykl. I, 761.

[140] Gerardi Ioannis Vossii DISSERTATIONES TRES DE TRIBUS SYMBOLIS, APOSTOLICO, ATHANASIANO ET CONSTANTINOPOLITANO, Amsterdam 1642. – Dissertatio prima s. 1–36 handler om Apostolicum.

Iesu.: Atque Scripturam habet ab Ecclesia.

Lubien.: Sive eam habeam ab alio aliquo [141] emptam & mihi venditam, sive habeam ab alio aliquo, sufficit quod sciam & credam hanc Scripturam Divinam, quia tractat Divina, & plane Divino modo.

Iesuita: Habet eam tamen per Ecclesiam, ut per canalem.

Lub.: Per Ecclesiam, sed non Romanam solam, verum per Ecclesiam Græcam & Æthiopicam. Dixit Rev. Vra: »Tamquam per canalem.« Recte, sed si canalus aquam ducens deficiat, nonne ad fontem decurritur (ut alicubi ait Cyprianus) et vetus est dictum [142]: »Dulcius (addo & tutius) de ipso fonte bibuntur aquæ.«

[839] Iesuita: Scripturam habemus per Ecclesiam. Ergo & sensum eius. Alioqui nec de Scripturæ autoritate, nec de eius sensu constaret.

Lubie.: Scrip. Divinæ, et gentilium testimonia & omnium nationum consensus, & internæ notæ auctoritatem conciliant. Ergo non amplius est disputandum de eo, unde constat, Scripturam esse Divinæ auctoritatis. Intercessit tot populorum consensus, hæc & non illa scripta esse scripta Platonis, Ciceronis et Virgilii, quanto magis credendum consensui Catholico de Scripturis S. quas singularis Div. providentia conservavit. Augustinus [143] eas communes vestes (scilicet sibi & Arianis) appellat, & vult ut res cum re, ratio cum ratione, remoto certet Conciliorum præiudicio.

Iesuita: Ergo sine consensu Ecclesiæ Auctoritas Scripturæ constare non potest.

Lubien.: Divinæ gratiæ & providentiæ id in solidum tribuendum est. Deus mihi & aliis dedit rectam rationem, per cuius usum constat mihi & aliis quæ scripturæ sint Divinæ ab omnibus Christianorum Ecclesiis receptæ, & quid a Deo concessum esse, quod probare potest? Vox Divina est: »Omnia probate, quod bonum est, tenete [144].« »Probate Spiritus, an ex Deo sint« [145], et de Boreensibus Fidelibus [146] legimus quod quotidie scrutati sint Scripturas, an ita se habeant.

[141] Lakune?

[142] Omtalen af Cyprian må være en fejltagelse, for når denne kirkefader skriver om »fons«, er det dåben han tænker på, og det vil sige *kirken*s dåb. – Ovid, Ex Ponto III, V, 18: »Gratius ex ipso fonte bibuntur aquæ.«

[143] Jeg har ikke kunnet efterspore et sådant citat hos Augustin.

[144] 1. Tess. 5,21.

[145] 1. Joh. 4,1.

[146] Her er tænkt på *boreelisterne*, tilhængere af den nederlandske præst Adam Boreel (1603–66). Se Kirkeleksikon for Norden I, 366 og Hauck, Realencyklopädie für prot. Theologie und Kirche III, 325.

Cum ita urgeretur Iesuita ex Scripturis, convertebat se ad Patres, & afferebat quædam testimonia ex Homilia quadam Origenis in Exodum, et Libro Basilii de Spiritu S.

Sed Lubieniecus regerebat, hos libros non esse Origenis, nec Basilii. Quod cum miraretur Jesuita, Lubieniecus provocabat ad censuram vivorum doctorum, et urgebat tutissimum esse inhærere perspicuitati Scripturæ S.

Tum Jesuita: S. Petrus in epistola sua scribit [147]: »Esse quædam in Epistolis Pauli difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles depravant, sicut & cæteras Scripturas ad suam ipsorum perditionem.« Ergo sensus Scripturæ ab Ecclesia sumatur.

Lubien.: Hoc semper dixi: Occurrere quædam in Scripturis difficilia intellectu, sed & probavi, hæc esse explicanda per loca clariora & faciliora. Dico autem & difficilia illa loca a simplicibus tangi non debere, isti enim satis habere debent in locis clarioribus, quibus omnia creditu ad salutem necessaria contineri, etiam antiqui Patres dixere. Ideo & Apostolus ait: indoctos homines depravasse illas difficiliores Scripturas, quod tetigerint temerarie ea, quæ non erant tangenda indoctis quidem & non confirmatis in Fide quæ in clarissimis Scripturæ Oraculis fundata est. [148].

D. Legatus: Identidem G. D. Vra ad Scripturam Sacram provocat, cum tamen non possit esse illi certum Scri. S. esse, & esse Divinam, & hanc vero non illam esse, nisi autoritas Ecclesiæ accesserit.

Lubieniecus: Gratias ago Deo quod me docuerit, quæ sit eius Scriptura, quæ vero non.

D. Lega.: Sed quomodo docuit, nisi per Ecclesiam?

Lubien.: Dedit mihi Deus in hanc rem & universalis Ecclæ consensus & ipsorum infidelium testimonia, et sanam rationem, quam dum dico donum Dei dico rationem enim non ego commentus sum, vel feci, sed a Deo accepi, ut recte de rebus iudicare possim.

D. Legatus: Multi olim libri venditabantur tamquam sacri & divini, qui tamen ab Ecclesia reiecti sunt.

Lubie.: Merito, quia non conveniebant cum Regula veritatis. Itaque hac in re sequor rectum Ecclesiæ iudicium.

[840] D. Leg.: Sequatur ergo & in reliquis. Nam multi adhuc lib. apocryphi sunt, de quorum autoritate dubitatur & disputatur.

[147] 2 Pt. 3,16.

[148] På dette sted findes med anden håndskrift indføjet ordene: deest sensus.

Lubie.: Plures sunt quorum autoritas canonica extra omnem controversiam est, hi mihi sufficiunt ad salutem, reliquos recipio, in quantum cum his indubitatis concordant.

Atque hæc ita agitata fuere & quidem sero iam vespere. Cum vero ut antea Jesuitam deficientibus rationibus, saltem eo quid dicere deberet deliberante, silentium fieret, ita ut tunc omnes conticuissent, antequam vel Jesuita, vel D. Legatus quicquam proferret, prior sermonem occupavit Illustrissimus Dnus Archidapi. Rgi [149]: »Et satis«, inquit, »adhuc variis de rebus actum est, sed nulla video argumenta, nullos syllogismos.« Tum Lubieniecicus: »Thesis mea«, inquit, »est in medio, contra omnes argumentorum ictus parata.«

Sed nullus aderat opponentium. Ita exinde discessum est. Lubieniecium D. Legatus humanissime dimisit, et cum se excusaret, Lubieniecicus: »Injuriam G. D. Vra mihi facit, quod hac excusatione utatur. Spero & opto, quod de istis rebus amplius conferemus.«

Intra aliquot dehinc dies cum convivio exciperet quosdam dominos senatores, mentionem injecit illius colloquii & inter alia dixit: »Ille Dnus supra morem & genium Nobilitatis Polonæ operam dedit literis. Et nollem Patri Mulmanno auctor esse, ut cum eo ex Scriptura S. congregaretur. Sed si ex Patribus, credo hunc superiorem evasurum.«

Hæc Illustrissimus D. OTTO KRAGE, qui illi convivio interfuit, Lubieniecio retulit, ut & Sereniss. Regem judicium suum de illo colloquio in partem Lubieniecii inclinasse quod et Magn. D. ANNIBAL SEESTEDT, Regni Thesaurarius post aliquot dies retulit, ut et Excellentissimus D. PET. VOGELSANG [150], Legatus Batavicus. Certe Illustrissimus Dominus OTTO KRAGE [151] multis postea cum Lubieniecio egit de illo loco Joh. 1, tum de illo Hebr. 1 (ubi Lutherum male vertisse: »dein Stuhl wert von Ewigkeit«, cum debeat verti: »in Ewigkeit der Ewigkeit« ille probaret). Tum & de aliis Fidei Articulis conferebat.

[149] archidapifer, d.e. ærkebiskop, nemlig Hans Svane.

[150] født i Amsterdam. Død 1663. Gesandt i København fra 12.5.1659 til 1661. Oplysningerne om Peter Vogelsang skylder jeg Rigsarkivet.

[151] Om rigsråd Otte Krag citerer Bøggild Andersen i Dansk Biografisk Leksikon en udtalelse af den spanske gesandt i København, Rebollo, der betegner Krag som »et levende bibliotek af teologiske stridsskrifter.«